L 6
1226

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-172506-p0001-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-172506-p0002-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-172506-p0003-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-172506-p0004-6

# GOTTLIEB SAMVEL TREVERI

POLIT. ET MORAL. PROF. PVBL. ORD.
IN ACADEMIA IVLIA

# DISQVISITIO DE AVCTORITATE ET FIDE GENTIVM ET RERVMPVBLICARVM

# Vom Credit der Völker und Staaten.

DVLCES PER SPINAS ARDVA TENTO
17 50

(13)

HELMSTADII
EX OFFICINA SCHNORRIANA.
MDCCL.

Lb 1226

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-172506-p0005-1

# CAP. I.
## DE
# AVCTORITATE ET FIDE
## RERVMPVBLICARVM GENERATIM.

### SVMMARIA.

*§.1. Explicat de Origine vocis Credit. §.2. docet eam vel notare opinionem inſignis præſtantiæ ſive auctoritatem & fidem politicam. §.3. vel opinionem probitatis & bonæ fidei ſive fidem moralem. §.4. vel fidem mercatoriam ſive opinionem probitatis in ſolvendo debito. §.5. Quamlibet hujus fideiſpeciem in gentes quadrare. §.6. non tamen in quavis gente conjunctim reperiri, ſed dari ſæpe gentes & reſpublicas minores fide morali tamen inſignes. §.7. contra opibus vtribusque nonnullas valere fide omni deſtitutas. §.8. alias & potentia & fide morali pollere, ſed fidem mercatoriam in iis deficere.*

### §. I.

In explicatione terminorum paucis verſabimur. Breviter itaque reſpublicas ita definimus: *Quod ſint ſocietates ex imperantibus & civibus majoris felicitatis cauſſa pacto conſtitutæ.* Ad determinandam fidem publicam rerumpubl. ætate recentiori voce, *credit*, utuntur Germani, cujus ſignificatio latiſſime ſeſe extendit, ex Gallica potiſſimum lingua deſumta. Non vero immediate ex latino idiomate, vt placuit Viro illuſtri LVDEWIG *in opuſculis T. I. L.* 3. *opuſc.* 4. *p.* 1096. vtpote quum latinorum *credere & creditum* ne minimam quidem ſecum ferat ideam quam Galli & poſt Germani cum iſta voce conjunxerunt. Vtramque hic paginam facit du FRESNE *in gloſſ. ſuo tom. I. pag.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-172506-p0007-2

1376. ubi latiſſime oſtendit, quam varie hoc vocabulo uſi ſint ſcriptores in latinitate medii ævi. Vſus igitur ejusque commoditas per compendium loquendi ea introduxit verba, quæ deinde per lapſum temporis & frequentiſſimum inter gentes commercium nobiscum communicata ſunt. Non itaque ſubſcribendum eſſe putamus iudicio Viri celeberr. LVDEWIG *Pueriles*, inquientis, *fuci ſunt, quando vernacula conſpergunt alienis pigmentis remque mutuatitiam nominant:* das *Credit*-Weſen/ *Capitalien*/ Schuld-Poſten/ *cetera*. Termini enim valent vt numi & hominum commoditatibus & commerciis apprime inſerviunt, cur non in vita quotidiana aliunde accerſantur, ad defectum linguæ noſtræ ſupplendum?

§. II.

Tribus autem modis explicanda eſſe videtur hæc vox, (1) enim notat auctoritatem & opinionem inſignis præſtantiæ & perfectionis, ſive illa in præeminentia virtutis, ſive poteſtatis conſiſtat: & quidem in facultate non ſolum benefaciendi alicui, ſed & nocendi, ſi reſiſtere audeat & obniti. Amorem pari cum timore paſſu ambulare oportet, ad verum ſibi auctoritatis fundamentum exſtruendum. Ille ſi ſolus adfuerit, nudam parit amicitiam: hic vero in maximum plerumque odium degenerare ſolet. IACOBVS quidem MELVIL conſilio IACOBO VI. Regi dum Scotiæ ſuppeditato amorem quidem civium tantum captandum eſſe monet, iis tamen virtutibus, quæ reverentiam excitant, prudentia nempe extraordinaria, quæ etiam malos caute coërcere novit. *Il ne reſte autre choſe a faire a un Roi d' Ecoſſe, que de gagner le coeur de ſes ſujets par une vertu & prudence extraordinaires & c' eſt le ſeul moyen, de s' en faire obeïr & reſpecter. Il eſt urai, que cette methode de gounerner ſemble fort imparfaite: mais il faut conſiderer, que celle de faire obeïr pâr la crainte l' eſt bien d' avantage. Car au dernier cas il n-y-a que le corps qui obeïſſent, tandis que les coeurs murmurent, & ſe revoltent toujours en ſecret. Auſſi des qu' un tel Prince eſt mal-*

*malheureux, les Suiets, au lieu de le ſecourir ne font, que concourir a ſa perte.* Vide *les memoires* de MELVIL *T. 2. p. 577. ſq.* Is igitur magnam ſibi comparaſſe auctoritatem & exiſtimationem dicitur, quem alii exiſtimant gaudere facultate & voluntate multis benefaciendi, & ſimul poteſtate iis, qui ſibi reſiſtunt, damna & mala inferendi. Quando Principes de miniſtro quodam perſuaſum ſibi habent, multis illum præditum eſſe perfectiſſimæ virtutis & ingenii dotibus, maximam ſe percipere utilitatem ex conſiliis & negotiis huius viri, ſe tandem nullo modo ſine insigni famæ & utilitatis iactura hoc viro carere poſſe, dicere ſolemus: Er ſtehe im groſſen *Credit.* Galli hoc per vocabulum *accredité* breviſſime deſcribunt, ut de conſiliariis Caroli IX. teſtantur *les memoires du Duc de* SVLLI *T. I. p. I.* *Que l' on connoiſſoit les principaux plus autoriſés & accredités ſerviteurs, Conſeillers & confidens du Roy Charles, de la Reine mere, des Freres du Roy & de ceux de la maiſon de Guiſe bien avoir toujours été des plus envenimés contre les Huguenots.* Carolus IX. admodum indignabatur fratri ſuo Henrico Andeiauenſi *qu' il uſurpoit toute l' authorité & le credit. par l' intelligence de la Reine Mere.* vid. *Mem. du Duc de* SVLLI *T. I. p. 13. Mem. de* LVDLOW. *T. 2. p.* 48. Et quoniam plerumque is, qui Principis favore fruitur, multum ponderis habet in Principis conſiliis, ideoque facultate præditus eſt, animum Principis ſecundum mentem ſuam & deſideria dirigendi, vox *credit*, hoc caſu plerumque ſumitur, pro poteſtate dirigendi alterius mentem & deſideria. Ut patet ex Commentariis Ducis GRAMONDI, qui ita de Leopoldo, ante acceptum diadema Cæſareum narrat: *Le Comte de Schwartzenberg*, inquit, *avoit un grand credit ſur ſon eſprit: Les Jeſuites n' en avoit pas moins.* vid. *memoires du Duc de* GRAMMONT. *Tom. II. p. 115.* De Magno de la Gardie teſtatur hiſtoria anecdota Sueciæ: *le Roy n' eſtimoit que les perſonnes propres a la guerre, il voulut auſſi faire le Soldat pour reeouvrir le credit qu' il avoit aupres de ce Prince. C' eſt pourquoi il entreprit de defendre la*

 *Weſtra-*

*Weſtragothie & le Päis de Babus contre les Danois, quoi qu' autrefois le Roy Charles Guſtave eut été mal ſatisfait de la maniére dont la Gardie avoit fait la guerre dans la Livonie. Cependant en* 1676. *il fut aſſes heureux dans ſes expeditions mais l' anée ſuivante ayant été battu par les Danois a Udewalle il perdit entierement le credit qu' il pouvoit avoir aupres du Roy.* vid. *les anecd. de Suéde p.* 103. 104. Conf. *les Memoires du Duc de* GRAMMONT. *T. II. p.* 8. *du Comte de* BRIENNE *T. I. p.* 113. 186. *& T. II. p.* 122. multosque alios commentarios politicos, ubi frequentius vox iſta occurrit.

## §. III.

Vel denotat hoc verbum (2) fidem moralem, quam nos Germani exprimimus Treu und Glauben & uno verbo de homine improbo & nequitia quadam contaminato ad communem loquendi uſum dicimus: Er hat allen Credit verlohren. Id quod etiam de eadem voce in ſcriptoribus politicis occurrit, cuius ſignificationis unicum tantum exemplum afferam. Quum enim Mareſchallus de Berwick theſaurarium Scotiæ Grangium, jura regis ſui minorennis infeliciter contra Anglorum violentiam propugnantem, una cum aliis Scotiæ nobilibus expugnato Edimburgo in fidem ſuam recepiſſet, vitæque veniam conceſſiſſet, Angli vero & Scotorum plurimi tutorem regis in partes ſuas traherent & virtuti tanti viri invidentes mortem ei intentarent, adeo ægre dictus Mareſchallus fidem non ſervatam eſſe tulit, ut etiam rebus bellicis ulterius præeſſe nollet: *Apres ſa mort le Marechal de Berwick eut un deplaiſir ſi ſenſible de voir, qu' on avoit violé la parole qu' il avoit donnée & que la capitulation, qu' il avoit faite avec ceux du chateau n' avoit pas eté gardée, qu' il quitta la charge qu' il avoit a Berwick, croyant, que ſa dignité Lui feroit peu d' honneur, apres avoir per du ſon credit. Mem. de* MELVIL *T. 2. p.* 386. Conſiſtit illa fides in aliorum mente, penes quos valere dicitur, in opinione bonæ fidei ſive bona ſententia de alterius probitate & ju-

ſtitia. Qui igitur promiſſa ſua pactaque & conventiones conſtanter ſervavit, nunquam per varias artes ad ea revocanda deduci ſe paſſus eſt, ſed eas ſemper poſthabita etiam ſui ipſius commoditate adimplet, ille fidem ſuam in ſocietate hominum conſervat. E contrario illius dictis & promiſſis nulla fides eſt, qui pacta ſusque deque habet nec ſervat, niſi quatenus lucrum adferunt, inanibusque promiſſis homines decipit & defraudat. Singulare huius publicæ fidei exemplum videre licet in vita ADOLPHI Ducis Cliviæ, cognomine prudentis & victorioſi celebris, de quo TESCHENMACHERVS narrat in *annalium P. II. pag. 297. ſeqq. Tanta*, inquit, *hujus Principis ubique fuit auctoritas & fides, ut nudo ejus dicto plus quam aliorum ſignatis literis tribueretur. Hinc rythmi de ipſo Germanici vulgo jactati:*

Sein Nein waß Nein gerechtigh
Sein Jha waß Jha volmechtigh
Er waß ſeins Worts gedechtigh
Sein Mundt / ſein Grundt eindrechtigh /
Ein Prinß / aller Princen Spiegel
Sein Wort daß war ſein Siegel /
Seins Mudts gar unverzagt /
Wer hat ihn aus dem Feld gejagt?

Vergebat olim in inſignem Argentoratenſium laudem, quod eorum civitas tantæ fidei famam ſibi comparaverit, ut ne quidem Cæſares homagium ab ea requirere, opus eſſe reputaverint. Ita enim in *regeſtis Argentoratenſibus tit.* keinen Keyſer ſchweren / reperitur & quotannis Senatui eorum prælegi ſolet: Zum erſten iſt die Stadt Straßburg allſo frey / daß man in keinen Schrifften findt / daß von den Zeiten *Ottonis III.* als man zehlt von der Geburt Chriſti 1001. Jahr die Stadt Straßburg einen Römiſchen Kayſer oder Könige jemahls gehuldiget oder geſchworen habe / ſondern ſie iſt eines ſolchen durch ihr Frombkeit / Treu und Glauben da=

 mit

mit ſie ſich bey und an dem H. Reich allezeit ehrlich / löb-lich / wol und gehorſamlich hat gehalten / bißhero gnädig-lich erlaſſen worden für allen andern Städten des Reichs / welche alle ſolche Pflicht und Huldigung gethan haben und thun müſſen / als man deſſen auch Schein und ſchrifftlichen Erfahrung hat. Vid. LIMNÆVM *Jur. publ. L.* 7. *c.* 3. *n.* 10. GASTELIVM *de ſtatu publico Europæ p.* 929. Quum etiam FRIDERICVS IV. Imperator præſtationem homagii anno 1473. ignarus Privilegii huius honorifici ab Argentoratenſibus exigeret, certior tamen ea de re factus, non tantum homagium iis remiſit, ſed etiam jus benigniſſime confirmavit. Vid. Königshoffens Straßb. Chronick *c.* 5. *p.* 368. Dolendum tamen hanc fidem in Imperium anno 1681. perfida in Gallum inclinatione fuiſſe contaminatam & cives ab eius firmitate Güntzeri potiſſimum conſiliis, qui urbi tunc temporis erat ab epiſtolis, abduci ſe, fuiſſe paſſos. Vid. Leopolds Leben und Thaten *p.* 717. Verum qui nunquam fidem datam ſervare ſtudet, ille nec opinione fidei gaudere poteſt, quod Cardinalis MAZARINI exemplum ſatis illuſtrat. Atro eum hoc nomine lapillo notavit RETZIVS in commentariis ſuis *Tom. I. p.* 88. 89. *il ſe mocqua*, inquit, *de la religion, il promit tout ce qu' il ne voulut pas tenir --- Il porta le filoutage dans le miniſtére, ce qui n' eſt jamais arrivé qu' a lui, & le filoutage faiſoit que le miniſtére, meme heureux & abſolu, ne lui ſëoit pas bien, & que les mepris s' y gliſſa ce qui eſt la maladie la plus dangereuſe d' un état & dont la contagion ſe répand le plus aiſement & le plus promtement du chef dans les membres.* Quod etiam aliorum Gallorum commentarii non diffitentur, quibus adeo inviſus non fuit Mazarinus, quam Retzio. Nulla erat apud exteros fides Regi FERDINANDO Catholico, quia pactorum ſupplantatione famam ſibi & utilitatem comparare annitebatur, quod ipſe HIERONYMVS ZVRITA, licet FERDINANDO Catholico Panegyricum ſcripſerit, affirmare cogitur: *Non ſeulement*, inquit, *les eſtrangers,*

*gers, mais auſſi ceux du Päis l' ont fort blamé de n' avoir point gardé la parole, & la foy qu' il avoit donné, & qu' il preferoit toujours la conſideration de ſon intereſt particulier a ce qui eſtoit juſte & honete: Veu que le veritable fondement de la juſtice conſiſte en la conſtance & en la fermeté des paroles, & principalement en celle des oeuvres. Celuy qui viole la foi detruit tout le bien univerſel des hommes.* Quæ fide celeberr. GVNDLINGII hic recenſeo, qui verba ZVRITÆ adduxit in *otiis ſuis tom. I. p.* 65. Talis notæ Principem, exiſtimatione bonæ fidei carentem deſcribit *Card. de* RETZ: *un homme decrié ſur le chapitre de bonne foi.* vid. *les mem. du Card. de* RETZ, *T.* I. *p.* 204

## §. IV.

Vel indicat 3. Fidem mercatoriam quam in commerciis & in foro mercatorio habemus. Conſiſtit illa fides in opinione de ſecuritate pecuniæ concreditæ & de probitate eam ſtato tempore promte ſolvendi. De quo itaque hoc ſibi perſuaſum habent alii, ille fidem in foro mercatorum habere dicitur. Neque quidem requiritur vt pecuniæ numeratæ tantum ſemper in promtu habeat, quantum illi ab aliis concreditur, vel vt brevius dicam, vt divitiæ pari cum fide & exiſtimatione paſſu ambulent. Satis eſt, ſi ſciant alii, nullam apud eum pecuniæ concreditæ iacturam eſſe timendam, eum ſtato tempore ſemper creditoribus ſuis, quæ debebat, ſolviſſe, neminem unquam in juſtis prætenſionibus & debitis eſſe defraudatum. Hoc nomine mercator bonæ & celebratæ fidei ſummam omnibus ſuis divitiis & facultatibus majorem mutuam ſumere poteſt & cum fœnore aliquoties mediante commercio permutare & tamen creditoribus ſuis ſtato & denominato tempore promte reſolvere. Intereſt itaque mercatoris rerum ſuarum ſatagentis, ut veram facultatum ſuarum qualitatem & quantitatem, quantum fieri poteſt tegat & occultet; ubi enim omnium divitiarum noſtrarum calculus ad obulum

usque aliis innotuit, ibi fides aliorum & exiſtimatio vel plane nulla vel valde anguſtis limitibus circumſcripta erit. Vicinus de facultatibus noſtris certior factus nunquam majorem pecuniæ ſummam concredet nobis, quam quæ bonis noſtris eſt inferior & impudentiæ notam incurreret, ſi plura nobis mutua daret, quam quæ in bonis habemus. Rarus eſt mercator, qui non aliena indigeat pecunia & licet quandoquidem æs alienum ſola fide contractum facultatis ſuæ quantitatem excedat, lucrum tamen per commercii negotia exinde proveniens vel decies illud brevi reddere debet: Confer. PESCHERINI Zugabe zu des Baron von Schrödern Fürſtlichen Schatz- und Rent-Kammer. *p.54. ſeq.* Fides itaque mercatoria non tam conſiſtit in opinione divitiarum: nam & divites ea deſtitui poſſunt: quam in opinione probitatis & ſecuritatis circa pecuniam vel alia bona concredita. HENRICUS IV. inſulas quasdam & arces Galliæ, a Duce Florentiæ ſub HENRICO III. Reges Galliæ expugnatas & occupatas repetes, trecenta millia thalerorum ad reſarcienda damna & impenſas ſolvere debebat Duci Florentiæ. Hanc ſummam ſoli fidei Regis Dux concredere dubitabat, & fideiuſſores ex proceribus regni requirebat, ideoque ſubirascebatur ſummus ærarii Præfectus Marquis de RHOSNY, ut videre licet ex commentariis ejus: cui enim aliorum fide ad contrahendum opus eſt, illius fides parum efficaciæ habet & auctoritatis. Iis enim, qui pro Duce Florentiæ fideiuſſionem ſollicitabant generoſe reſpondit RHONIUS: *A ce que je voy, Mr. le Duc de Florence me prend pour un Banquier ou un Marcadant: or veux je bien qu' il ny en eut jamais dans ma race, & partant que je, n' en feray rien; A quoi vous ayant repliqué que les autres du Conſeil, que Gondy & Vinta avoient nommés, en feiſoient point de difficulté comme vous; Tout en colére vous luy repartiſtes; Je croy ce que vous dites Mr., auſſy n' y en at il pas un de tout ceux la, qui re ſoit venu de la banque de la Mercantie ou de la ſotane, ce que n' eſtiés*

*pas*

*pas vous & que partant encore une fois n' en feriés vous autre choſe.* Conf. *les memoires du Duc de Sully. Tom. II. pag.* 38. 39.

## §. V.

Hæc fidei publicæ genera recte & facillime ad gentes liberas & respublicas adplicantur. Hæ in conſeſſu gentium non aliter quam ſinguli homines conſiderandae eſſe videntur. Corpora ſunt civilia, quibus eædem affectiones & qualitates, quae ſingulis hominibus in ſocietate hominum viventibus tribuuntur, adiudicari & adfingi poſſunt. *Creſcere* a VELLEIO PATERCVLO *Lib. I. cap.* 7. *& L. II. c.* II. dicuntur, *concidere & reſurgere.* SCIPIONEM hæc de Carthagine incenſa & diruta cogitaſſe refert APPIANVS *de bellis Punicis pag.* 55. *edit. Pariſ. Stephani.* Funditus enim deletam videns illacrymaſſe dicitur & propalam defleviſſe fortunam hoſtium, quippe qui diu multumque cogitans conſiderabat, ciuitates etiam gentesque ac imperia mutationibus obnoxia eſſe omnia haud ſecus quam fortunas hominum. THVANVS Hiſpaniæ magnitudinem intuitus fatetur: *ut homines, ſic imperia naſci, creſcere, decreſcere ac tandem mori certosque temporum limites a divinâ providentiâ præſtitutos eſſe, qui nullâ vi noſtrâ, nullâ prudentiâ tranſiri poſſunt. vid. Lib. I. hiſtoriar. pag.* 7. *edit. Pariſ.* 1606. *in fol.* Ut vires hominum vel debiliores ſunt vel fortiores, ita etiam vires reipublicæ ſunt diiudicandæ, nec immerito primo in prudentia politica loco ponenda eſt cognitio virium rerumpublicarum. Quam in hominibus & brutis animalibus obſervamus vel pulchritudinem vel deformitatem, omnino & in rebuspublicis ſpectanda & obſervanda eſt. Polonus & Anglus patriam ſuam ſemper tamquam formoſiſſimam ſtatus publici ſpeciem iactabit; alii vero qui ſub monarchico imperio vixerunt, illam reipublicæ formam omnibus aliis pulchritudine antecellere tradunt. Germania noſtra multis formoſa, aliis vero deformis & monſtro ſimilis

viſa eſt. Quae quum ita ſint, non video, cur non fidem, quam ſingulis hominibus non denegamus, etiam toti genti vel reipublicæ tribuendam eſſe cenſeamus. Quippe quum in negotiis publicis maximæ famæ politici & miniſtri ſemper ad illam provocaverint, & ut in ſequentibus copioſius demonſtrabitur, illi conſeruandæ operam dederint.

## §. VI.

Valde autem inter ſe differunt illa fidei genera neque requiritur ut omnia ſimul apud ſingulas gentes inveniantur. Primum illius fidei genus, fides ſc. politica & auctoritas non ſemper in qualibet civitate requiritur utpote cum fortunæ dotibus adnumeranda ſit, & ſicuti gigantes & heröes inter homines, inter maria oceani & montium Atlantes inveniuntur, ita & vaſtiſſima regna inter reſpublicas numerantur; e contrario quemadmodum pigmæos, lacus & colles reperire licet, ita regulos & parva rerumpublicarum territoria in orbe politico offendimus. Parvæ dantur civitates, quae viribus quidem & auctoritate, nullo modo autem fide publica deſtituuntur, quo minus fides verbis illarum in pactis & commerciis tribuatur. Athenæ ſane ratione territorii ſatis anguſtis limitibus erant circumſcriptæ, nihilominus tamen Attica fides Græcæ & Punicæ contradiſtincta omnium ore celebratur. Vid. MANVTII *adagia p.* 338. Luccenſis reſpublica inter minores merito referenda eſt, laudem tamen ſibi comparavit, quod ſit bonæ fidei. *Luccenſes datam fidem nunquam fallunt*, inquit PHILALETES POLYTOPIENSIS in quæſt. Forcianis p. 334. Helvetia quidem auctoritate inter gentes non deſtituitur, potentia tamen regnis finitimis cedit, ſed non fide nationis ſuæ, quam conſtanter adſeruauit. Die Aufrichtigkeit und Redlichkeit / inquit WALDKIRCH in der Einleitung zu der Eydgenoßiſchen Bunds und Staats Hiſtorie *P. I. pag.* 25. in Verſprechungen / Handlungen / und

*Tra-*

*Tractaten* iſt bey denen Schweitzern noch zu Hauß; ſie gründet ſich aber keinesweges nur auf die Einfalt / wie die Frantzoſen und Italiäner fälſchlich meinen / die da ſagen: der Schweitzer ſey aufrichtig und redlich weilen er den Verſtand nicht habe / andere zu überliſten und übern tölpel zu werfen. Sondern ſie iſt auf ein viel beſſers *Fundament* gebauet / nemlich auf die geſunde Vernunfft / welche da gebietet / andern nicht zu thun / was wir wollen / das andere uns nicht thun ſollen.

§. VII.

Contra opibus & viribus valere poſſunt aliæ respublicæ, fide morali autem carere. Vires excitant animum & cupiditatem quærendi potentiam & cum oppreſſione aliorum amplificandi. Quoniam autem gentium iura pactis & conventionibus innituntur, aliter fieri nequit, quam vt illa tanquam obſtacula incrementi potentiæ iniuſtæ reiiciantur, conculcentur. Status vel respublica præpotens, quæ fidei nuntium miſit, fide non aliter, quam ad illaqueandos populos & decipiendos vicinos utitur, pacta & promiſſa non ſervat, niſi fuerint ſalutaria novaque ad deſtruenda & revocanda priora effingit. Hiſpania ſub Philippo II. nulli ex vicinis vel opibus vel potentia cedebat, ſimulac vero Reges ſui ad implendum ſtudium maioris imperii & dominationis cupiditatem, pacta & conventa iuramentorum religione confirmata peſſundare ac revocare ſtudebant, omni apud gentes fide excidebat. *Apologia Principis* WILHELMI *Naſſovienſis* ita de pactis initis ac privilegiis a Philippo II. ſtatibus Brabantiæ conceſſis narrat: *ie ne dis pas ſeulement quand ces articles ſont violés, mais même quand ils ſont tyranniquement & orgueilleuſement foulés aux pieds, non pas en un article mais en tous, non pas ſeulement une fois, mais une million de fois: non pas ſeulement par le Duc mais par des barbares qui les ont enfraints & corrompu en toute maniére. Conf. Hiſt. de la république*

*blique des provinces unies Tom. I. p.* 419. *&* 433. HENRICVS IV. Rex Galliæ ſæpiſſime hoc expertus eſt, quippe qui iteratis aliquoties fraudibus Hiſpanicis, quas titulo: *des noires malices* haud immerito vocare ſolebat, adductus, dixiſſe legitur in *mem. du Duc de* SVLLY *Tom. II. pag.* 10. *ſeq. Ie voy bien que ces gens icy ne me laiſſeront pas en répos, tant qu' ils auront meyen, de me troubler, & que les diuerſes ialouſies de gloire & d' honneur & les intereſts d' état ſont trop difficile a compatir entre ces deux couronnes & qu' il faut prendre d' autres maximes, qu' une ſimple confiance en la foy & la parole donnée pour ſubſiſter auec ſeureté.* Neque aliam illo tempore opinionem de Hiſpanis concipiebat Anglia, ubi *Marquis de* RHOSNY in aula IACOBI I. obſervabat: *la face de la Cour eſt quaſi toute changée, chacun commencant a dire, qu' il ny a pas grande ſeureté en l' amitié d' Eſpagne, que tout ce qu' il propoſent eſt plein d' artifice* vid. *mem. du Duc de* SVLLY *Tom. II. p.* 123. Et ipſe IACOBVS I. optime noverat, principia iuſti Regis Hiſpaniæ non ſatis firmo talo niti, Gallico enim legato confitebatur, nullam Hiſpanis fidem eſſe habendam, *d' autant,* inquit, *que ſes fins ambitieuſes etoient tres manifeſtes & ſes maximes ordinaires tres pernicieuſes.* Conf. ſæpius alleg. *mem. du Duc de* SVLLY *Tom. II. p.* 126. Vis & potentia Turcarum, qua nomen ſibi & famam pararunt, cum bona fide numquam ſatis tute fuit coniuncta. Pacta inita enim longius ſervare haud ſtudent, quam donec occaſio ſeſe offert commode illa fine detrimento & damno revocandi, nec niſi timore ad illa implenda cogi ſe patiuntur vid. MELLIET *diſcours polit. & milit. L.* 7. *p.* 457. *ſeq.* RICALTIVS in libro *l' état préſent de l' empire Ottoman lib.* I. *cap.* 22. *pag.* 239. aſſerit quidem legem a Mahomede eſſe latam, qua prohibentur Turcæ fidem illis ſervare, qui huic religioni haud ſubſcribunt; enim vero BERBIERIVS, qui notis ſuis hunc librum illuſtravit, latiſſime oſtendit, huius rei ne volam quidem aut veſtigium in Alcorano exſtare, cui in

rebus Turcicis verſatiſſimus quondam RELANDVS adſentitur in libro *de relig. Mohammedica L. II. §. 25.* Nihilominus de re ipſa RICALTIO fides non eſt deneganda, quippe cui tanquam Conſuli Anglorum Smirnenſi integrum fuit, illos explorare & expiſcari. Conf. *lib. ſupra cit.* RICALTII *pag.* 236. ubi eos ita depingit: *Sur ces principes,* inquiens, *de la foibleſſe des Chrêtiens & du mêpris qu' ils ſont de leurs forces, ils tiennent pour maxime, qu' ils ne ſont pas obliges d' avoir égards aux traités & aux ligues qu' ils ſont avec eux, ni a la iuſtice ou a l' iniuſtice de la rupture, quand elle a pour but l' agrandiſſement de l' empire, & par conſequent l' accroiſſement de leur Religion. Il ſe trouve depuis qu' ils ſont devenus puiſſant, pluſieurs exemples de leurs perfidie & de leur infidélite, & l'on pourroit avec raiſon mettre en queſtion, ſi leurs valeur & leurs pouvoir leur a plus ſervi en tems de guerre que le peu de ſoin qu' ils ont eu en tems de paix, de garder la foy promiſe & d' obſerver réligieuſement leurs traités.* Id quod varia teſtimonia ſolemnia variorum auctorum ad Cæſares, Pontifices & Principes Chriſtianos in quatuor voluminibus REVSNERI, qui orationes & conſultationes de bello Turcico ſollicite collegit, conteſtantur.

## §. VIII.

Viribus & potentia præditæ respublicæ ſæpius tantam apud nos ſibi exiſtimationem & famam compararunt, ut promiſſis & pactis illarum fides habeatur; attamen fidem non ſtatim habent, quae in foro mercatorio attendi & requiri ſolet, ubi nudis promiſſis tantum illis concreditur pecuniæ, quantum deſiderant. Rarisſima enim exſtant exempla, ubi Principes & ſtatus liberi ſine pignore vel hypotheca ad nuda verborum promiſſa pecuniam a Belgis vel aliis rebuspublicis & ſocietatibus mutuam ſumere potuiſſent. Licet enim promisſis Principum & in re numaria credendum ſit, varia tamen plerumque ſeſe offerunt impedimenta, quo minus tempore

præſcripto debita eorum a miniſtris reſolvi queant. Recentiſſimum hac in re nobis præbet exemplum Rex Sueciæ hoc ſæculo cruenta morte exſtinctus, qui per *Baronem de* GOERTZ aliquot pecuniæ ſummas mutuo ſumere & contrahere apud Belgas ſtudebat. Princeps erat optimæ & integerrimæ fidei, qui nihil ſanctius habebat, quam promiſſa & fidem datam ſervare. At enim vero tot bella, tot tantæque rerum & periculorum viciſſitudines, quæ ne vitæ Regis pepercerunt & quæ maximas etiam rerumpublicar. vires debilitare ſolent, derogabant fidei, qvæ alias promiſſis iuſtiſſimi Regis habebatur, ut fuſius oſtendere conatus eſt auctor *de la réponſe d' un Amy d' Amſterdam a la lettre de ſon Amy à Peterbourg le* 3. *Janvier.* 1717. *p.* 13. *Il faut pourtant vous dire, inquit, que ſi le Roy de Suéde n' a pas pu trouver de l' argent quoi qu' á gros interéts, ce n' eſt nullement manque de confiance en ſa parole. La veritable raiſon eſt la crainte naturelle que nos Hollandois ont pour leur argent, & qu' ils ne veulent placer que ſur des hypotheques ſeures & ſur des fonds tellement clairs, que nous pouvons compter d' avoir a chaque echeance notre interét en poche: ce que nous croyons, que les malheurs de la guerre cauſés au Royaume de Suéde ne pourroient plus permettre. Quand ſa Maieſté fit negocier en* 1703. *une ſomme conſiderable ſur la Douane de Riga chacun s' empreſſoit d' y placer ſon argent; & ſa parole éoit ſi ſacrée que malgré la guerre on payoit regulierement a chaque echeance une partie du capital, & de l' interêt; & tout le fond auroit é acquiété avec la même regularité, ſi vous n' etiés venus a la traverſe.* Dantur e contrario minores reſpublicæ, quæ aliis imperiis virium & auctoritatis gloria quidem longe cedunt, fide mercatoria autem abundant, ita, ut, ſine omni pignore vel hypotheca maximas ſummas tum a privatis hominibus cum a tota gente mutuo ſumere valeant; ut infra in capite ſeq. IV. fuſius demonſtrabitur.

*CAP. II.*

## CAP. II.

# DE FIDE POLITICA SIVE DE AVCTORITATE RERVMPVBLICARVM.

### SVMMARIA.

§. 1. *Docet auctoritatem gentium conſiſtere in opinione iuſta potentiæ.* §. 2. *famam iuſti uſus potentiæ multo plus valere, quam potentiam ipſam.* §. 3. *auctoritatem recte appellari ſuprematum, hunc vero minus recte a Leibnitzio definiri.* §. 4. *ſummam libertatem gentis ad eamdem valde neceſſariam.* §. 5. *Aequilibrium auctoritatis gentium nec dari nec exſpectari poſſe.* §. 6. *Aequilibrium noſtris temporibus inter gentes Europæas ſtabilitum, qua in re conſiſtat.* §. 7. *illud non verſari in æquilibrio potentiæ Gallicæ & auſtriacæ.* §. 8. *Nec dari æqualitatem auctoritatis perpetuam in una eademque gente ſed eam paullatim creſcere & decreſcere.* §. 9. *Quod exemplo recentiſſimo Ruſſiæ illuſtratur.* §. 10. *auctoritatem etiam gentis apud alias diverſe æſtimari.* §. 11. *olim eam facilius potuiſſe comparari, quam noſtro ſæculo.* §. 12. *Hodie eam genti adquiri, non ſola virtute ſummi imperantis vel etiam gentis.* §. 13. *non ſola potentia præeminente.* §. 14. *non ſola divitiarum ubertate, qua pollet respublica.* §. 15. *ſed iuſto exercitio virtutis rectoque uſu potentiæ & divitiarum.* §. 16. *Huius rei notitiam in gentibus noſtræ reipublicæ vicinis prudentiæ politicæ ingens eſſe momentum.*

### §. I.

Auctoritas reipublicæ conſiſtit in opinione iuſtæ potentiæ, quod non ſolum aliis obeſſe & prodeſſe queat ſed etiam vi & poteſtate ſua iuſte uti ſoleat. Quo maiori itaque prædita eſt potentia ad damnum a republica noſtra avertendum, utilitatem eius promovendam, hoſtes vero noſtros propellendos, eo maiorem etiam auctoritatem apud

apud nos ſibi comparaſſe dicitur vicina reſpublica. Præcipue ubi experti ſumus quod vi ſua nunquam ad deprimendos alios, ſed ad defendendam ſecuritatem & iura ſua auxiliumque aliis oppreſſis ferendum vſa ſit. Otioſa potentia, quæ quaſi ſomno ſopita iacet, neque ad auxilium ſuæ reipublicæ vel aliarum adſurgit, haud inique dormienti Polyphemo comparatur, qui facili negotio ab Ulyſſe opprimitur: Abuſus vero potentiæ ad latrocinia in gentes exercenda & repugnante omni æquitate quietem vicinorum turbandam, non parit auctoritatem vel exiſtimationem, ſed timorem & odium indelebile quod non prius exſtinguitur, donec immenſa illa & inſatiabilis potentia deprimatur, id quod plerumque potentiſſimis rebuspublicis debilitatem infert & internecionem. Quapropter auctor teſtamenti *Cardinalis* RICHELII, licet alias potentiam quovis modo commendet ad timorem apud cives ſubditos exterasque gentes ſibi comparandum, aliud tamen præter timorem auctoritatis fundamentum ſtatuit. *J'ai remarqué*, inquit, *en paſſant, que le Fondement de la Puiſſance dont je parle, doit être l' eſtime & le reſpect. J'ajoute, que c' eſt maintenant choſe ſi neceſſaire, que ſi elle tire ſon origine d' autres principes, elle eſt très dangereuſe, en ce qu' au lieu d' être cauſe d' une crainte raiſonnable elle porte a haïr les Princes, qui ne ſont jamais en plus mauvais état, que lors qu' elle tombe en une averſion publique. vid. teſt. politique du Card. de* RICHELIEV. *Parte II. c. 9. S. 1. p. 65.*

## §. II.

Dicimus eam conſiſtere in opinione iuſtæ potentiæ. Opinio enim & exiſtimatio quandoquidem ſine armis maiorem apud gentes habet efficaciam, quam ipſum bellum ac potentia. Reſpublica præpotens fide nihilominus deſtituitur, niſi, eam de ſe ſimul excitaverit opinionem, quod potentia ſua recte uti poſſit. E contrario minor reſpublica, licet multo

to potentioribus circumdata ſit ſtatibus, fide ſola qua pollet, ſi non exſtantiorem, parem ſaltem inter gentes valorem obtinebit maximamque inter illas exiſtimationem ſibi comparabit. Reſpublica, quæ famam ſibi & auctoritatem iuſto potentiæ & virium ſuarum uſu adquiſivit, iſta fidei celebritate efficacior eſt in multis, quam alia regna ingenti nummorum theſauro vel maximo exercitu: quid quod illi omnia cœpta longe felicius ſuccedunt, quam iis qui ſoli virium & potentiæ ſuæ ponderi vel moli omnia concredunt. *La réputation,* inquit auctor *du Teſtam. de* RICHELIEV *l. c. ſect. 2 p. 66. eſt d' autant plus neceſſaire aux Princes, que celui duquel on a bonne opinion, fait plus avec ſon ſeul nom, que ceux qui ne ſont pas eſtimés avec des armées.* Et paulo poſt *p. 67. en effet,* dicit, *l' hiſtoire nous aprend, qu' en tous temps & en tous états, les Princes de grande reputation ſont toujours plus heureux, que ceux qui leur cédant en cette qualité, les ont ſurpaſſés en force, en richeſſes, & en toute autre puiſſance.* Idem de Florentinis ſuis teſtatur MACHIAVELLVS *hiſt. Flor. L. 5. p. 253.* Inter quæ Imperia Florentini, quantumvis non adeo ampla provincia ipſis obtigerit, nec potentia nec auctoritate reliquis ceſſere, ſed potius in media Italia tam ſitus quam divitiarum ratione ad iniurias expoſiti, nihilominus aut bellum contra ipſos motum feliciter ſuſtinebant aut victoriam illi conferebant, in quem inclinare ipſis integrum videretur. Clarius hoc demonſtrat exemplum ſtatus Venetorum, qui olim apud Turcas multo maiorem ſibi comparaverat auctoritatem, quam alia regna potentiora ipſi adiacentia. Qua de re RICALTIVS egregia cogitata protulit: *Il eſt certam,* inquiens, *que de tous les moyens, par les quels les Royaumes & les états ſe ſoutiennent, il y en a deux principaux & qui ſurpaſſent tous les autres. Le premier eſt la puiſſance & la force eſſencielle du Prince qui conſiſte dans ſes armées & dans ſes alliances; & l' autre eſt l' honneur & la réputation qu' il a acquiſe au dehors; car elle a été ſouvent de ſi grands poids qu' elle a fait paſſer l' état d' un*

*tat d' un Prince foible pour plus conſiderable, ou du moins pour eſtre égale a un autre plus puiſſant. Cette réputation ſi importante s' acquiert, & ſe conſerve principalement par une manière ſage & adroite de négocier les affaires; ce qui depend ordinairement de la prudence & de la conduite de celui a qui le Prince les confie. C' eſt par la que la république de Veniſe a acquis depuis pluſieurs années un grand credit a la cour de Turquie, ou elle n' envoye jamais que des perſonnes, qui donnent une idée aux Turcs par leur ſage politique de la Puiſſance & de la ſageſſe des Venitiens au de là de ce qu' elle eſt effectivement. De ſorte qu' avant que la guerre fut declarée contre eux, il n' avoit point de nation dont les affaires fuſſent traitées en Turquie avec plus d' honneur & de reſpect, que celles de cette republique, vid. hiſt. de l' état preſent de l' empire Ottoman. L. 1. c. 20. p. 223. ſeq.*

§. III.

Hanc auctoritatem, quæ inter gentes ſpectabilis eſt, vocat vir immortalis memoriæ LEIBNITIVS ſuprematum. In *codicis diplom. T. 1. præf. ad lectorem folio penult.* mens eius penitius explicatur: *Quod ſi magna ſatis,* inquit, *eius ſit auctoritas, potentatus nomine venit vocaturque ſouverein & Potentat; unde ius naſcitur Gallis dictum la ſouverainité, latine ſupprematus, qui tamen ſuperiorem in republica non magis excludit, quam in Eccleſia primatus priorem. Recenſetur autem inter potentatus, ac ſuprematum habere creditur, qui ſatis & libertatis & potentiæ habet ut rebus gentium per arma & fœdera cum auctoritate intervenire poſſit.* Et ſub fictitio nomine FVRSTENERII hanc ſententiam uberius explicavit in libro de iure ſuprematus. Ita illam in *præfat. ad lectorem* explicat: *Suprematum ergo,* inquit, *illi tribuo qui non tantum ſubditos domi manu militari regit, ſed & qui exercitum, extra fines ducere, & armis, fœderibus, legationibus ac ceteris iuris gentium functionibus aliquid momenti ad rerum Europæ generalium ſummam conferre poteſt.* Quam ideam deinde c. 12. p. 54. & cap. 23. p. 153. repetit. Quatenus igitur illa vox nudam

dam ſaltem præeminentiam potentiæ ſignificat, qua libere & independenter imperans hoſtium turbam & bellum illatum fortiter ſuſtinet, viriumque illarum molem vi repellit, amicis vero ſuis & fœderatis, auxiliatrices præſtat manus, ad illos ab hoſtium & oppreſſionum iniuria liberandos, breviter, qua nomen ſibi & famam inter gentes conciliare poteſt, ſuprematum ſua luce radiare exiſtimo. Respublicæ enim ratione virium haud ſunt æquales, multæque ex iis ſi ſingulæ ſpectentur, circa magnas gentium mutationes & viciſſitudines magnum adeo pondus huic vel alteri parti ſuperaddere nequeunt. WILHELMVS Princeps Arauſionenſis ipſe fatetur, ſe ſuprema & independente quidem poteſtate gaudere, territorium vero ſuum ſatis eſſe mediocre & exiguum. Conf. *hiſt. des prov. unies. T.* I. *p.* 321. TORFAEVS demonſtrat, Sueciam priſtinis temporibus Regulis innumeris refertam fuiſſe, qui ex regum priſtinorum proſapie & ſæpius iterata regni diviſione ortum traxere, quibus ſingulis ſane haud ita magna auctoritas inter gentes adiudicari & tribui poterit. *Exinde invaluit,* inquit TORFAEVS, *ut quota pars cuique obtigerat, inter liberos iterum eſſet dividenda interque nepotes & conſequenter in infinitum ſubdividenda*, diviſio itaque, quæ ſua natura ad minima tendit, Regulorum ditiones proceſſu temporis prout multiplicavit ita quoque diminuit, anguſtisque terminis circumſcripſit; quorundam etiam induſtria ſolitudines excolendo coloniisque replendo Regios titulos ditionesque peperit. Conf. *Hiſt. Norweg. P.* 1. *L.* 9. *c.* 25. *p.* 393. Rex parvæ inſulæ S. Mariæ prope S. Laurentii inſulam vel Madagascar tamquam ultimæ ſortis homo repræſentatur in *itinerario Indico* HVLSII *P.* I. *p.* 16. *P.* 2. *p.* 16. Et quem latet, quamvis fere inſulam, villam & pagum in India Occidentali & orientali ſuum habere Regem. Conf. Burchard. Oſt-Indiſche Reiſeb. *p.* 40. Jurgen Anderſen Orient. Reiſeb. *L.* 2. *cap.* 20. *pag.* 115. Varia horum Regulorum qui auctoritate inter gentes deſtituti fu-



ti fu-

ſuere cum ex antiquitate tum ex medio ævo exempla collegit illuſtris LVDEWIGIVS *in diſſ. ſua de iure Reges adpellandi. Opuſcul. T.* I. *L.* I. *p.*5. *ſeqq. op.* I. Admitti igitur poteſt ſuprematus quatenus tanquam merus titulus ſpectatur quo potentiorem inter gentes deſignamus. At enim vero nunquam defendi nec excuſari poterit, ſi in iuris argumentum trahatur, quo ex potentiæ fundamento & præeminentia ius inter gentes deducere volumus. Jus naturæ enim cuidam reipublicæ eapropter haud plura tribuit iura, quod potentior aliis eſt, & quia maiorem ſibi comparauit exiſtimationem, reverentiam vel auctoritatem; ideoque nullum ius ſuprematus ex iure gentium abſoluto derivari poterit. Si vero ius gentium hypotheticum adtendimus nihil amplius ex illo demonſtrabitur, quam quod genti cuidam occaſione auctoritatis & ſuprematus ab aliis gentibus & rebus publicis variæ prærogativæ pactis ſint conceſſæ, quas neque ſuprematus ſub ſe comprehendit, neque unquam ſine pactis & conventionibus a gentibus iure poſtulari potuiſſent. Qui potentia valet maiorem ſibi quidem comparat exiſtimationem & reverentiam inter gentes, ſed hæc eſt liberi arbitrii neque iure perfecto ab illis vel vi & armata manu extorqueri poterit. Suprematus quidem in conſeſſu gentium ſua luce radiat, ius vero ſuprematus figmentum eſt, quod ius gentium plane ignorat.

## §. IV.

Jura quidem ſummi imperii publicaque & independens libertas admodum ſunt neceſſaria genti, quæ auctoritatem ſibi comparare cupit, quæ nomine: *la ſouverainité*, inſigniri ſolet: Enimvero hæc libertas a ſuprematu toto cælo differt, ut expreſſis verbis demonſtrat Vir ſupra laudatus LEIBNITZIVS *in præf. ad lib. de ſuprematus iure: ſuperioritatem territorialem*, inquit, *adhuc diſtinguo ab eo quod appello ſuprematum: ut ſit vox quæ illi rei reſpondeat, quam exteri vocant la ſouverainité.*

Fuſius

Fuſius hoc explicat heros immortalis WILHELMVS *Naſſovius in apologia ſua contra Hiſpaniam: Puis qu' il a plu a Dieu,* inquit, *de me faire la grace de maitre Seigneur libre, ſans relever de perſonne que de l' empire, comme les autres Princes & Seigneur libres d' Allemagne & d' Italie. D' ailleurs portant le titre de Prince ſouverain, quoi que ma Principauté ne ſoit pas d' une fort grande étendue.* vid. *hiſt. des Prov. unies T.* 1. *p.* 321. Gentem itaque liberam & independentem eſſe oportet, ad comparandam ſibi auctoritatem, neque video quomodo Leibnitzii dictum a contradictionis errore liberum eſſe queat dum in præfat. *cod. iur. gent. dipl. l. c. Perſonam iuris gentium*, inquit, *habet cui libertas publica competit, ita ut in alterius manu ac poteſtate non ſit, ſed per ſe ius armorum fœderumque habeat; quanquam forte obligationum vinculis ſuperiori ſit adſtrictus, & homagium, fidem, obedientiam profiteatur.* Gens enim, quæ homagium profitetur & præſtat, eo ipſo ſubiectionem indicat & quod non libertatis iura habeat, quibus tamen iuris gentium perſonæ carere nequeunt. *Non ideo*, inquit JCtus celeberrimus BÖHMERVS *iur. publ. univ. P. ſpec. Lib. III. Cap. I.* §. 17. *not. tt. pag.* 577. *Non ideo quis ſit ſubditus, quia homagium præſtitit, ſed per homagium illi qui iam ſunt ſubditi, publice profitentur quod ſint ſubditi.* Cum homagio hic non eſt confundendum iuramentum fidelitatis, quo vaſallus fidem vaſalliticam promittit, id quod ſummæ libertati & poteſtati nullo modo derogat, iuramentum vero ſubiectionis & obſequii ſub imperio ciuili præſtandi cum perſona gentis liberæ conciliari nequit. Belgæ quum ſub imperio Hiſpanorum eſſent conſtituti, nullam in conſeſſu gentium habebant vel auctoritatem vel famam, quia iure ſummæ poteſtatis non erant præditi, ſed ſub perſona Regis Hiſpaniæ belli pacisque negotia peragebant. Simulac vero Regum imperio nuntium miſerant & gentis liberæ nomen ſuſtinebant, maximam ſibi in Europa comparabant exiſtimationem, id quod Galli illis ſæpius ſu-

perbe ſatis, more gentis, obiecere: *que ſa Maieſté tres-Chrêtienne etoit aſſés puiſſante, pour chatier un peuple dont le nom ne ſeroit point conuu dans le monde, ni meme dans l' Europe, ſi la France n' avoit puiſſamment contribué a ſon élevation & a ſes tréſors. Que ce Peuple auroit eté aſſurement reduit a ſa premiere origine en* 1672. *ſi l' Europe, par un principe de jalouſie ne ſe fut intereſſée a ſa conſervation, en déclarant la guerre á la France & en ſollicitant une puiſſante Alliance pour maintenir une Republique elevée de ſa propre ruine.* vid. *mem. & negotiat. ſecretes du Comte d'* HARRACH. *T. I. p.* 193. *ſeqq.* Inde factum, ut Belgæ cum Hiſpanis pacificaturi ſemper hanc conditionem pactioni adiici curarent, Hiſpanos cum Belgis tamquam gente libera pacem feciſſe. Licet etiam ad bella cum Hiſpanis gerenda a finitimis opem & auxilia aliquando efflagitaverint & propter bellorum ſibi incumbentium grauitatem haud magna momenta ad promovenda aliarum gentium commoda conferre valuerint, pace tamen inita cum Hiſpanis maximam ſibi compararent exiſtimationem, ut optime obſervavit TEMPLE *oeuvres melées p.* 33. *ſeq. Depuis ce temps,* inquit, *les choſes ont bien changè de face. La ſituation avantageuſe des provinces unies, la forme du gouvernement, la conduite de ſes miniſtres, qui n' ont iamais rien relaché des interets du public, l' adreſſe & l' induſtrie du peuple, ſa frugalité & ſon œconomie, tout cela ioint enſemble a attiré de tous les endroits du monde le commerce dans ces états, tandis que leurs voiſins etoient occupés ou á des guerres civiles, ou à des guerres étrángéres. Enfin ils ſont devenus ſi conſiderables dans le monde, que depuis pluſieurs années ils ont traité d' égal a égal avec les plus grands Princes de l' Europe, & n' ont jamais conclu de negotiation, qui ne leur ait été avantageuſe.*

§. V.

Quemadmodum igitur Jus ſuprematus res eſt fictitia, ita & æquilibrium auctoritatis gentium merito inter phantasmata

taſmata politica referendum eſt, quæ nunquam in actum deduci poſſunt; tale nempe æquilibrium, quod reſpublicas ratione virium & poteſtatis vult æquales. Divinæ enim potentiæ hoc opus hic labor eſt, quæ æque toti genti ac ſingulis hominibus, vim, poteſtatem, dignitates & divitias tribuit, prout infinitæ ſuæ ſapientiæ placet. Nulli genti ius competit, finitimi regni fines ſuis exæquandi; nec cogendi alios, ut parti diuitiarum ſuarum iure acquiſitarum renunciet, eum tantum in finem, ne illis abutatur. Quando enim a gente nondum læſi ſumus, nullum ius nobis competit, viribus eius aliquid detrahendi, nec metus potentiæ alicuius iuſtam aptamque belli gerendi cauſam præbet. Non auſim hæc adplicare ad cogitata inſignia HENRICI IV. Regis Galliæ. Haud facile enim conſilium magni Principis, qui cogitata ſua legionibus proſequi & magna efficacia ad finem exoptatum perducere poteſt, cum privati alicuius figmentis comparandum. Narrabo itaque ſaltem HENRICI conſilia & quid alii, qui harum rerum intelligentiſſimi fuerunt, de illis iudicarint adponam. Hoc vero erat conſilium, quod aliquando executioni mandare & ad finem perducere optabat: *d' aſſocier autant de puiſſances ſouveraines qu' il lui ſeroit poſſible au deſſein qu' il faiſoit de reduire toutes celles des Monarchies hereditaires à une presque égale puiſſance, tant en étendue de päis qu' en richeſſes; afin que les trop exceſſives des uns ne leur fiſſent venir le deſir d' opprimer les foibles & a ceux cy la crainte de le pouvoir être - - - Plus de faire bien comprendre à toutes ces quinſe ſortes de domination la reſolution que ſa Maieſté avoit priſe de ſe contenter de l' étendue qu' avoit a preſent la ſienne, afin q' a ſon exemple les autres Roys herêditaires vouluſſent faire le ſemblable, en ſorte que ſi l' un d' eux avoit quelques choſes de plus, ce plus fut desparty entre les dominations electives eſtants ſuittes aux loix. vid. Mem. du Duc de* SVLLY *Tom. II. p.* 3. Idem hoc ELISABETHAE Reginae Angliae per RHOSNIVM proponi

ni curavit: *d' eſſayer a rendre tous les Roys de la Chrétiente les plus approchans qu' il ſe pourra d' une même grandeur en l' Europe, tant en étendue de pays, que richeſſes & puiſſances.* vid. *loc. cit. p.* 14. Id quod deinde regnante IACOBO I. repetebat, dum illi demonſtrare ſtudebat: *S' il ne ſeroit pas à deſirer de pouvoir rendre à peu pres toutes ces quinſe dominations égales en étendue de pais, états, forces, puiſſances & authorité, afin qu' ils n' euſſent rien à craindre les uns des autres ny cauſe de ſe porter envie, ialouſie ou haine.* ibid. p. 89. Qui vero phlegmate inſigni cui adſueverat omnia audiviſſe, multa deinde circa ea monuiſſe legitur: *ſur quoi s' etant un peu mis à ſonger, il réprit avec une ſoudainite merveilleuſe la pluspart des, principaux points, que j' avois touchés, y remarqua divers inconveniens & forma pluſieurs difficultés.* vid. *loc. cit. pag.* 154. Vt & ipſe legatus qui hæc omnia tamquam ſui ipſius inventa proponebat, ad diminuendam talis conſilii inſolentiam confitebatur: *Toutes les quelles propoſitions pour étre, trop ſuccinctement & ſuperficiellement traitées, ſembleroient d' abord a pluſieurs plutòt pures imaginations, que ratiocinations ſolidement faites n' y fondées, les quelles neanmoins ſe pourroient très bien juſtifier & monſtrer très faiſables ibid.* Interim non eſt privati hominis potentiſſ. Regis ac Principis cogitata novis inventis cerebrinis veſtire & deformare. Atro hoc nomine lapillo notandus eſt CAROLVS de CASTEL, ABBAS S. PETRI, qui in libro: *proiet pour rendre la paix perpetuelle en Europe*, inventa & cogitata Regis HENRICI IV. mutare noviſque & ſingularibus opinionibus & inventis, quæ plane rem illam impoſſibilem reddunt, augere & novo quaſi indumento exornatum in ſcenam producere conatus eſt. Vt *liber Baro de* HVLDENBERG in elegantiſſima diſſ. hic loc. 1720. cum adplauſu habita *de æquilibrii alioque legali juris gentium arbitrio in gentium controverſiis pacis tuendæ cauſa interponendo. C.* 2. §. 13. fuſius demonſtravit. Ceterum de ABBATIS S. PETRI libro vid. *Europ. Fam. P.* 169. *p.* 50. *ſeq*, & auctores *de la Clef. du Cabinet des Princes* 1715.

§. VI.

## §. VI.

Superiore quidem ſæculo multa de æquilibrio potentiæ Europæ in medium adducta ſunt, de quibus olim ne cogitatum quidem fuit. Verum ne hoc quidem in ſano ſenſu ſemper acceptum eſt. Si enim per æquilibrium Europæ proportionem & harmoniam virium omnium rerumpublicar. in Europa ſubintelligamus, qua poſita nulla earum ita præeminet vel in tantam præ ceteris potentiam violenter excreſcit, ut reliquas omnes opprimere & ſubiugare velit vel poſſit, omnino ſua luce radiat. Nam ut auctor *du projet pour faire une paix generale* loquitur in FABRI Staats-Cantzley *T.* 18. *p.* 827. *Plus il y aura d' Etats ſouverains en Europe d' une puiſſance à peu pres egale, & plus il y aura de Paix & tranquillité.* Publici ſtatus adminiſtri in Belgio, Angliæ illam gloriam ſervati in Europa æquilibrii expreſſis verbis tribuunt: *Depuis plus de* 220. *ans, a-t-il toujours tache de tenir dans l' equilibre la plupart des Princes & Maiſons puiſſantes de l' Europe.* Vide *la propoſition generale du Conſeil d' Etat des provinces unies preſentee le* 13 *Novembr.* 1711. *dans les actes & Memoir. touchant la Paix d' Vtrecht p.* 139. Ipſa Regina in oratione in conſeſſu nationis publico d. 2. Iul. 1712. habita, qua pacis proſequendæ negotium commendat, exinde argumentum petit: *l' occaſion, qu' a preſentement la Grande Bretagne, d' etablir réellement dans l' Europe une Balance de pouvoir & d' augmenter notre commerce ſeroit perdue pour iamais. Actes & memoires de la Paix d' Vtrecht l. c. p.* 539. *& T.* 2. *p.* 253. Confer *Conference ſur les lettres de Filtz Meritz p.* 43. 46. In omnibus bellis a LVDOVICO XIV. cum finitimis geſtis ſermo fuit de libramento vel Bilance Europæ, quod ſimile ni fallor præeminenti & indies creſcenti potentiæ Hiſpaniæ natales ſuos debet. Huc tendunt litteræ renuntiationis, quibus PHILIPPVS V. Hiſpaniæ Rex ad Galliam & Dux Bituricenſis una cum Duce Aurelianenſi ad Hiſpaniam renuntiant. PHILLIPPVS V. ita eam exponit *d' eta-*

*blir un équilibre entre les Puiſſances: en ſorte, qu' il ne puiſſe pas arriver, que pluſieurs étant réunios en une ſeule, la balance de l' égalité, qu' on veut aſſurer, panche a l' avantage de l' une de ces puiſſances, au risque & dogmage des autres. Actes & Mem. d' Vtrecht T. 2. p. 167. 170.* FABRI Staats-Cantzley *tom. 22. p.* 611. 613. Eodem loco p. 172. pergitur: *& l' on doit croire, qu' avec cette eſperance perpetuelle & continuelle il ſera le centre invariable de la balance, qui aſſure volontairement l' équilibre entre toutes les Puiſſances fatigvées de la guerre & de l' incertitude de ſes événemens & il ne ſera au pouvoir d' aucune de ces parcies d' alterer cet équilibre* &c. In renuntiatione Ducis Bituricenſis multo frequentius eius rei mentio iniicitur: modo dicitur *un équilibre, & des limites politiques entre les Royaumes:* modo appellatur *une balance immuable pour maintenier l' équilibre, qu' on veut mettre dans l' Europe:* modo æqualitatis nomine venit: *l' égalité, qu' on etablit auiourdhuy pour aſſurer & affermir plus parfaitement la Paix de la Chrétienté & ôter toutes ialouſies aux Puiſſances du Nord & de l' occident, qui eſt la fin, qu' on ſe propoſe par cet équilibre politique. Actes & Mem. d' Vtrecht T. 2. p. 200. ſqq.* FABRI Staats-Cantzley *l. c. p. 624. 625.* Ad eamdem potentiæ proportionem provocatur in renuntiatione Ducis Aurelianenſis & Rex LVDOVICVS XIV. in litteris patentibus quibus renuntiationes factas adprobat, eiusdem rei mentionem facit. *Vid. Actes & Mem. d' Vtr. l. c. p.* 211. 228. FABRI Staats-Cantzley *l. c. p.* 604.

## §. VII.

Hoc ſenſu omnino luce ſua radiat æquilibrium potentiæ Europeæ. Quando vero eo ſaltem ſuperſtruitur fundamento, quod Dux Rothomagenſis in *trutina ſua ſtatuum Europæ p.* 3. ſupponit: *Quicunque* inquit *rationem ſtatus Principum modernorum penſitare velit, non eſt ut altius id petat, ſed rerum præſentem ſolummodo ſtatum expendat, eum in finem hoc fundamento nitatur, reperiri in orbe Chriſtiano duo potentiſſima regna,*

*quæ*

*quæ poli quaſi duo ſunt, unde pacis & belli influentiæ ad alios ſtatus delabuntur, regnum videlicet Galliæ & Hiſpaniæ.* Quando inquam Europæ æquilibrium ſaltem inter duas Domos Europæ potentiores Galliam ſc. & Auſtriam quæritur, ac ſi cetera regna ab ipſarum arbitrio penitus penderent & ad conſervandam in Europa pacem & quietem vel parum admodum vel plane nihil conferre valerent, vel ſi pacem tueri vellent, Galliæ ſe adſociare & ad coërcendam Auſtriam opes viresque coniungere deberent, qualia abſurda conſectaria exinde fluentia ſatis ſuperque disiecit auctor *du bouclier d' Etat th.* 6. non poteſt non falſa æquilibrii idea efformari, cuius principia & dogmata magis ad turbandam totius Europæ pacem vergerent, quam ad eam conſervandam facere viderentur. Legi & conferri hic meretur iudicium auctoris *du project pour faire une paix generale*, qui etiam in juſta proportione virium totius Europæ æquilibrium hoc ponit, communem huius rei ideam plane rejiciens; *C' eſt une opinion*, inquit, *communement recue parmi nous, que la Grande Bretagne doit toujours tenir la Balance, & qu' en tenant les grandes puiſſances de l' Europe en equilibre nous devenous les arbitres dis monde. Mais cet équilibre a été dit on, tellement changé premiérement par Cromwel & en ſuite parmi les Roys Charles II. & Iacques II. que de puis ce tems la au lieu de tenir la Balance, nous avons été toujours obligés de nous mettre entierement d' un coté, & que cependant avec toute cette addition de poids nous avons bien de la peine à la ramener a cet équilibre. Et moi je croi pouvoir aſſurer que cette célébre meſure politique, pour péſer les autres puiſſances de l' Europe comme dans une balance eſt fondée tout à fait fauſſe; Et qu' il ny a rien de ſi abſurde que cette maxime fondamentale & inconteſtée de tous les grands Politiques. Que pour conſerver la paix dans cette partie du monde il faut maintenir un parfait équilibre entre les deux maiſons d' Autriche & de Bourbon. Il ne ſe peut rien imaginer de plus propre a tenir l' Europe en trouble & en combuſtion perpétuelle, que d' établir & maintenir*

*une égalité de Puiſſance entre ces deux Maiſons ambitieuſes qui ont ſi long temps diſputé pour la Monarchie univerſelle: Nos grandes politiques ne voyent il pas que quand les deux poids d' une balance ſont en équilibre il ne font que fort peu d' addition a l' un ou à l' autre pour faire pencher la balance tout d' un cote?* Conf. FABRI Staats-Cantzlei *T.* 18. *p.* 826. Jam olim idem adgnovit EDMVNDVS LVDLOW, quando de federe a CROMWELLO cum Gallis contra Hiſpaniam inito ita iudicat: *Cette alliance nous a couté cher, car par ce moyen la balance n' à plus été égale entre l' Eſpagne & la France & ca été un fondement jetté pour la future grandeur des Francois au tres grand prèiudice de toute l' Europe en general & de l' Angleterre en particulier, dont on a cru jus qu' alors que l' interêt etoit de maintenir l' egalite autant, qu' il etoit poſſible. Memoires de* LVDLOW *T.* 2. *p.* 127.

§. VIII.

Ut igitur gentes haud æqualem inter ſe potentiam habere poſſunt nec auctoritatem; ita ne una gens quidem ſingulis temporibus eius æqualitatem tueri poteſt. Omnes respublicæ initio infirmæ fuerunt humiles nulloque numero habitæ. Roma ipſa caput mundi in primis incunabulis auctoritate inter gentes nulla pollebat. Auctoritas non uno ictu acquiri poteſt, temporum enim longinquitate inter gentes excitatur opinio, rempublicam non ſolum potentia valere, ſed etiam illa recte uti. Nec ſufficit unum vel alterum huius potentiæ exemplum vel documentum; ſed diuturni temporis requiritur experientia ad fundandam hanc inter gentes auctoritatem, quo compertum fiat, quomodo ſe geſſerit respublica. Aliquoties potentia prius inſtar fulminis eſt omnia incredibili impetu & velocitate perpetrantis & confundentis quod tamen ſtatim evaneſcit, vel æquiparanda eſt coloſſo NEBVCADNEZARIS per ſomnum viſo magnitudine & mole ſua horribili, qui vero ſubitaneo lapidis ex montis

vertice

vertice irruentis impetu confractus eſt & conquaſſatus. Ut de potentia regni Macedonici ſub ALEXANDRO M. legimus & recentioribus deinde temporibus ſubito excreſcens & decreſcens CAROLI VIII. auctoritas ſatis teſtata eſt: de qua conferri poſſunt commentarii COMINAEI *L.* 7. *pag.* 674. *Il ſe vint changer la fortune*, inquit, *auſſi promtement & auſſi viſiblement, comme l' on voit le jour en Hollande ou en Auvergne: ou les jours d' été ſont plus long qu' ailleurs: & tant que (quand le jour faut au ſoir, en une même inſtance, ou peus apres comme d' un quart d' heure on voit derechef naitre le jour a venir: & auſſi veit tout ſage homme, en auſſi peu d' eſpace, changer cette bonne & glorieuſe aventure: dont tant fuſſent advenus de biens & d' honneurs a toute la Chrêtientè ſi elle eut éſté recognué de celui d' ou elle venoit.* Incidit aliquando ſtatus publicus in morbos deſperatos, tamquam convulſiones, qui ſtatum internum corrumpunt, viſcera arrodunt totamque rempublicam tamquam hominem ægrotantem nobis repræſentant, qui neque ſibi ipſi opem ferre nec aliis auxiliatrices præbere valet manus. Belli onera aliquando reſpublicas eo redigunt, ut ad auctoritatem & exiſtimationem inter gentes tuendam haud ſint idoneæ, imo ita eas debilitant, ut homini comparandæ ſint, qui facta omnium venarum ſectione maximam ſanguinis & virium jacturam paſſus eſt, donec, quum, corruptionis ultimam metam adeptæ, nihil qua ultra præcipitentur appareat, pedetentim deperditas vires colligant & ad priſtinam inter gentes dignitatem emergere & conſcendere valeant. Conf. MACHIAVELLI *hiſt. Florent. Lib.* 5. *p.* 251. *ſeq.* Gallia tempore ligæ per bella inteſtina cum Hugonottis & per fraudes Hiſpanicas auctoritate plane ceciderat; quapropter *Henricus IV.* cum ſub initium regiminis inopinato morbo conflictaretur, nihil magis dolebat, quam quod ante moriendum ſibi ſit, quam Galliæ amiſſum hactenus reſtauraſſet ſplendorem; dixiſſe itaque legitur RHOSNIO: *Mon amy, je n' apprehende*

 *pas*

*pas la mort comme vous le ſçaves mieux que perſonne, m' ayant veu en tant de perils, dont je me fuſſes bien pu exempter, mais je ne nieray point, que je n' aye regret de partir de cette vie, ſans éléver le Royaume en la ſplendeur que je m' étois propoſée.* Conf. *mem. de* SVLLY *T. I. p.* 407. Quantum ſplendori Poloniæ detraxerint Suecorum irruptiones frequentes & interna diſſidia ipſi confœderationis generalis ſocii, primarii ordines Poloniæ & Lithuaniæ publicis literis anno 1704. declararunt: *Qui ne voit pas combien notre république a perdu de ſon luſtre, combien elle eſt affoiblie par la malicieuſe & criminelle conduite de quelques-uns de ſes citoyens? Animés d' une haine implacable contre le Roy notre Seigneur depuis ſon élection, a cauſe du mauvais ſuccés de leurs intrigues & de leur cabales, ils ont violé en premier lieu les ſermens qu' ils ont faits &c.* Conf. *mem. ſur les derniéres Revolutions de la Pologne pag.* 129. *ſeq.* Suecia ante Guſtavi Adolphi tempora inter ceteras Europæ gentes auctoritate non præcellebat, quia non adeo magni momenti exempla ad manifeſtandam auctoritatem ediderat, quod aliis vel prodeſſe magnopere, vel obeſſe valuerit. Id quod Regina ELISABETHA ipſa confitebatur in oratione, qua Cancellarium OXENSTIERNIVM Comitem renuntiabat & proclamabat: *que par le conſeil & le ſécours du chancelier, ſon pére avoit tiré de la miſére & de l' obſcurité le Royaume de Suede.* Conf. *hiſt. anecd. de Suede p.* 62. Auctor ipſe huius hiſtoriæ anecdotæ Sueciæ clarius adhuc demonſtrat, GVSTAVVM ADOLPHVM primum fuiſſe, qui Sueciæ ſplendorem armis ſuis circumtulerit & undique conſpiciendum præbuerit, quia primus fuit, qui tam felici auſu & ſucceſſu rebus & negotiis Europæ ſe immiſcuit, maximaque bella feliciter geſſit, & plane fere deperditam Germaniæ libertatem novis fulcris & tegumentis quaſi exornatam reſtauravit: *De tout tems*, inquit, *la Suede avoit été un Royaume pauvre & ſes habitans étant enfermés dans le ſeptentrion, ne ſe ſoucioient gueres des affaires des autres parties de l' Eu-*

*l' Europe de même que dans les autres päis en ne ſe mettoit gueres en peine des choſes, qui regardoient ce pais là. Guſtave Adolphe fut le premier, & apres a mort les Regents de l' Etat & ſes gentraux qui porterent loin la renommee de ce Royaume là, & qui luy attirerent tant de conſideration, qu' il pouvoit etre d' un grands poits dans toutes les affaires de l' Europe. Mais parceque cette grandeur, ou il monta ſi ſubitement ne vint pas tant de ſes propres forces, que de la ſinguliere vertu de Guſtave Adolphe, & de la diſpoſition, ou etoient alors les etats d' Allemagne, les prudents voyent bien que la face des choſes etant changee, la Suede ne pourroit ſe maintenir longtemps dans le même Etat.* Conf. *hiſt. anecd. de Suede p. 67. & 68.*

§. IX.

Noviſſimum exemplum regni, quod derepente maximam ſibi exiſtimationem & reverentiam inter gentes comparavit, Ruſſia nobis præbet. Ad finem usque præteriti ſæculi non magnum inter gentes habebat pondus, & PVFEND. in der Einleitung zur *Hiſt. Cap. IX. p.* 712. oſtendit: Ruſſos ad conventus communes gentium Europæarum vel vocatos numquam fuiſſe vel rariſſime apparuiſſe. Quando de utilitate vel de eo quid interſit Principum Europæorum in habitu ad vicinos ſuperiore ſæculo ſermo fuit inter politicos, ſæpius quidem Daniæ vel Suiciæ mentionem faciunt, de Ruſſia vero ne cogitatur quidem. Nec neceſſarium eſſe illo tempore iudicarunt Principes Europæ, legatos ordinarios ad Imperatores Ruſſorum mittere, quod Rusſia neque ſpem magnam auxilii de ſe excitaret neque mala maioris momenti minari poſſet. Imo Suecia aliaque regna conducere ſibi ſemper putarunt, impedire quo minus Rusſia ad notitiam virium ſuarum perveniret & auctoritatem inter gentes ſibi acquireret. *Baro de* SCHAPHIROF qui eruditione ſua & prudentia illuſtrem nominis gloriam adeptus eſt inter Ruſſos, expreſſe hoc de Suecia teſtatur in ſeinem *Raiſonnement* von

denen rechtmäßigen Uhrſachen des Krieges wieder Schweden *p.* 44. Wornach dieſe Crone als eine immerwerende und abgeſagte Feindin von Reußland jederzeit getrachtet/ nur ſelbiges Reich allezeit ſo wohl in *Militair*- als *civil*-Wiſſenſchafften in Blind- und Unwiſſenheit zu erhalten/ und zu keiner *Experience* durch den Umgang mit andern *Europæi*ſchen Völckern gelangen zu laſſen. Wie denn ſolches männiglichen bekandt iſt/ was für *maximen* und *politi*ſche Regeln von ihrem weyland berühmten Reichs-Cantzler/ dem Grafen von *Oxenſtirn*, der ſolche ſondern Zweiffel aus den uhralten Schwediſchen Staats-Regeln wird heraus gezogen haben denen Schwediſchen Königen *recommendir*et worden; wovon *in ſpecie Puffendorff* in ſeiner ſo genanten Einleitung zur *Hiſtorie* Erwehnung thut/ nemlich daß man auf alle Weiſe die Reußiſche als eine ſehr mächtige *Nation* auſſer aller Krieges-Erfahrenheit und *Exercitien* erhalten müſte/ damit ſie dadurch ihre Kräffte nicht kennen lernete. Idem illud de aliis regnis fuſius explicat. p. 145. ſeqq. Nec clarius firmiusque teſtimonium adduci poteſt, ex quo adpareat quomodo Ruſſia auctoritate plane olim deſtituta ad ſumma eius faſtigia ſe evexerit, quam quod iam citatus publicæ rei in Ruſſia adminiſter in dedicat. iam citati libelli tanquam in conſpectu totius Ruſſiæ Petroburgi edidit, ubi inquit: Er hat dieſelbe/ loquitur de iam regnante PETRO Ruſſorum Domino, in einen gantz andern Zuſtand/ Gewohnheiten/ *converſation* und Umgang innerhalb/ und eine *connoiſſance* und *reputation* auſſer Landes gebracht/ dermaſſen daß ob man gleich vor einigen zehn Jahren von dem Rußiſchen Reich und *nation* in andern *Europæi*ſchen Ländern/ gleich wie von denen *Indiani*ſchen/ *Perſiani*ſchen und anderen/ auſſer dem *commercio* ſonſten keine *communication* mit denſelben habenden Völckern geſprochen und *raiſonniret*/ und auf dieſelbige in keiner weder den Krieg/ noch Frieden betreffenden Sache/

che/ die geringſte *reflexion* und *conſideration* gemacht/ ja dieſelbe faſt gar nicht unter die Zahl der Europäiſchen Völcker gerechnet; anjetzt gleichwohl faſt keine Sache von *Importanz* auch in denen entlegenſten Oertern von *Europa* vorgehet/ darin man ſich nicht entweder um Ihro Czaariſchen Maj. *Alliantz* und Freundſchafft bewirbet/ oder auch ſeine *præcautiones* dergeſtalt nimt/ um dieſelbe in ſeinen *deſſeins* nicht zu wieder zu haben. Tandem ad demonſtrandam Ruſſiæ auctoritatem ſubitaneo incremento ad ſummum elatam coronidis loco adduceremus quoque breve illud *pro memoria pour faire voir combien la puiſſance du Czaar eſt rédoutable du* 20. *d' Octobre* 1720. ſi certi ſatis eſſemus, id non ad artes nocendi per laudes pertinere, ex calamo hoſtili profluxiſſe, omniaque quæ adferuntur certa experientia inniti.

## §. X.

Porro conſiderandum eſt, circa auctoritatem gentium, eam in foro politico & inter gentes diverſe æſtimari. Regnum, quod auctoritatem penes aliquam gentem ſibi comparavit, non ſtatim apud omnes eadem pollet, ſed apud alias nullum nomen habet iſtaque plane deſtituitur, ita ut extra commercium mercatorum vix eius mentio fieri ſoleat in negotiis reipublicæ. Id quod pendet ex ſitu alicuius regni, ex vicinia, vel diſtantiæ longinquitate ex potentia eiusdem vel debilitate. Reſpublica potentia quidem valere poteſt in ſe, nobis tamen parum vel prodeſſe vel obeſſe, ideoque exſpectationem non magnam concipimus de illius auxiliis, qua tamen maximam partem auctoritatis fundamentum innititur. Mirum ſane non eſt, Quod Germani Turcarum nomen exhorreſcant ob viciniam multa pericula non obſcure minitantem quum pacta conventa raro ſervent, ſed obortis bellis domeſticis in Germania, occaſionem eam invadendi contra pactorum fidem arripiant & iniuſtis irruptionibus limites ſuos

amplificare ſtudeant, licet plerumque vulgus præter neceſſitatem illos timeat, cuius rei rationem haud inepte explicat MONZAMBANO *libro de ſtatu imper. Germanici c. 7. p.* 393. E contrario vim & potentiam Perſarum haud timent Germani, quippe quæ nullam habent vim in res ſuas nec connexionem cum ſtatu Germaniæ neque pondus noſtris negotiis ſuperaddere valet: excepto eo quod Perſæ data neceſſitate Turcarum irruptiones divertere queunt, quod tamen auxilium plerumque juſto tempore non accidit, nec propter vaſtiſſimum Turcarum regnum ratione finium noſtrorum efficaciter præſtari ſolet. Ruſſia, quæ ut ſupra demonſtravi, toto ſuperiore ſæculo haud magna inter gentes prædita erat auctoritate, maximæ tamen inter Turcas ſemper exiſtimationis fuit tum propter propinquam vicinitatem, dum conjuncto cum Perſis auxilio Turcico regno maximum damnum adferre valet, cum propter ſui ipſius potentiam, qua nullo modo Turcico regno cedit ita ut RICALTIVS affirmet, Ruſſos eapropter majori auctoritate apud Turcas gaudere quam Polonos. *Le Moſcovite eſt pourtant en plus grande réputation parmi les Turcs que les Polonois parce que l' on tient qu' il peut mettre, quand il luy plaiſt cent cinquante mille chevaux ſur pied; c' eſt pourquoi il traite d' égal avec le grand Seigneur & remplit ſes lettres d' autant de titres empoullez & hyperbolique que luy. Les Grecs le conſidérent auſſi beaucoup, & ont plus d' amitié pour luy, que pour tous les autres Princes Chrêtiens parce qu' il fait profeſſion de leur religion & de leurs cérémonies; ils l' appellent ordinairement leur Empereur & leur Protecteur, & ſelon toutes leurs prophéties anciennes & modernes, il doit être le reſtaurateur de leur égliſe, & de leur liberté; mais la plus grande crainte qu' ayent les Turcs des Moſcovites vient de l' union qui ſe pouroit faire entre le Sophi de Perſe & eux, parceque ces deux grandes puiſſances ſe joignant enſemble, il ſeroient trop for pour l' empire des Ottomans.* vid. *l' état de l' empire Ottoman. L.* 1. *pag.* 234.

§. XI.

§. XI.

Olim etiam faciliori negotio ſibi comparabant auctoritatem gentes quam hodie. Gentes enim priſtinis temporibus vel plane nihil vel admodum parum de ſtatu gentium inter ſe compertum habebant, debilitatem & potentiam finitimæ reipublicæ non niſi ex effectu noverant, quando omnium oculos incurrebat. Nec exſtabant commentarii vel relationes de ſtatu interno rerumpublicarum, niſi quæ forſan a mercatoribus referebantur, qui tamen in rebus politicis hoſpites plerumque erant ac peregrini. Gentes inter ſe tali non gaudebant conſuetudine, quam recentioribus temporibus, & aliqualis ſaltem fama de multitudine, virtute, & in bellis gerandis ferocitate gentis ſufficiebat ad auctoritatem inter alias ei comparandam. Reſpublicæ ipſæ ad ſe tuendas & utilitatem ſuam promovendam non tot opus habebant adminiculis quam nunc, ubi artes bellicæ ad ſummum perductæ ſunt, quibus nihil ſatis firmum, nihil ſatis munitum eſt, ubi artes œconomicæ civitatum in tantam adſurrexerunt perfectionem ideoque longe majori diligentia & ſtudio opus eſt ad acquirendam ſtatui felicitatem, ad ſuſtinendas & ſervandas opes. Hodie de omnibus fere negotiis reipublicæ certiores fiunt vicini per honeſtos quos alunt exploratores, ordinarios ſcilicet & perpetuos legatos: morbos etiam ſuos ita nunc occultare nequit reſpublica, quo minus eorum cauſſæ etiam ſecretiſſimæ inveſtigari poſſint. Et ſtatus internus reipubl. bene ſe habere debet, ſi velit perfectionis & præſtantiæ opinionem apud alias gentes nanciſci & tueri. Germania proxime aberat a vetere Romanorum ſede; nihilominus ante irruptionem Cimbrorum parum de armis illorum audiverant Romani, ut teſtantur ſcriptores apud ALTHAMMERVM in *notis ad Tacit. p.* 402. *&* 406. Germania pedetentim inter gentes innotuit & caput extulit, ita PLINIVS. *L.* 4. *C.*14. *Germaniam* ait *multis annis nec totam percognitam fuiſſe* & STRA-

ſo *L. VII. hæc natio*, inquit, *propter ſuſcepta contra Romanos bella nobilitatem adepta eſt.* Tunc temporis enim in eo conſiſtebat auctoritas gentis, quod maximæ molis exercitus parare & conſcribere, quod felici ſucceſſu hoſtes profligare poſſet illorumque regiones depopulari; huic accedebat fama ſervatæ fidei, quam ideo romani tanto ſtudio ut ſervarent ſemper operam dederunt. Clarius hæc illuſtrat animoſum facinus legatorum Germanicorum VERRITI & MALORIGIS qui nationem Friſiorum regebant ſub Imperatore NERONE: *Profectique Romam*, inquit TACITVS *in annal. Lib. XIII. c.* 54. *n.* 3. 4. 5. *dum aliis curis intentum Neronem opperiuntur, inter ea quæ barbaris oſtentantur intrauere Pompeji theatrum, quo magnitudinem populi viſerent. Illic per otium (neque enim ludicris, ignari, oblectabantur) dum conſeſſum caveæ, diſcrimina ordinum, quis eques, ubi ſenatus percunctantur, advertere quædam cultu externo in ſedibus ſenatorum: & quinam forent rogitantes, poſtquam audiverant, earum gentium legatis id honoris datum, quæ virtute & amicitia Romana præcellerent; Nullos mortalium armis aut fide ante Germanos eſſe exclamant degrediunturque & inter patres conſidunt, quod comiter a viſentibus exceptum, quaſi impetus antiqui & bona æmulatione.* Germani quoque inter omnes nationes quovis tempore hoc nomine laudem ſibi comparavere, quod non ſolum in bellis gerendis animoſi, ſtrenui & acres fuerint, ſed quod etiam ſtipendia ſumma fide meruerint: SENECA hoc de iis teſtatur *L.* 1. *c. IX. de ira: Germanis quid animoſius?* rogat, *quid ad incurſum acrius? quid armorum cupidius? quibus innaſcuntur innutriunturque: quorum unica illis cura eſt, in alia negligentibus.* OCTAVIVS FERRARIVS, qui in *proluſione XVIII.* epitomen laudum Germanorum ex omnibus ſcriptoribus collegit, hoc iis tribuit elogium p. 243. Nullum inde per tot ſæcula aut memorabile bellum, aut inſignis victoria ſine gentis hujus armis peracta eſt: nulla acies ſine Germanorum robore ſtetit, & ſive ſuorum ductu, ſive alienis ſtipendiis mererent,

in

in qua exercitûs parte conſpecti ſunt, ibi victoriæ fiducia & inſtrumentum fuerunt. Ingentia corpora, prævalidi artus, nec tam Rheno quam militari diſciplina durati inde verendi

*In ferrum mens prona viris, animæque capaces*
*Mortis.*

Nuda quandoque pectora pro vallo objecere, ante vitam quam fidem deſerere parati: ut ipſi olim Romani Cæſares, & ſecuti inde exteri Reges ac Principes, damnata popularium fide, ſolis Germanis corporis cuſtodibus ad hanc diem animas credere conſueverint. Neque ulla erat gens, quæ propter incredibilem & ſingularem incolarum multitudinem & in procreandis liberis fœcunditatem nomen vaginæ gentium tam bene promeruerit, quam regiones populorum Germanicorum, qui verſus ſeptentrionem tam late ſeſe extendunt. Hoc vero quam maxime ad dijudicandam gentem requirebatur; num magnos exercitus in aciem ducere valeret, uti hoc uberius explicavit TEMPLÆUS in libro *Remarques ſur l' état des prov. unies Cap. 7. p. 236. L' on jugeoit*, inquit, *autrefois de la puiſſance & des forces d' un Royaume, ou d' un Etat par le nombre d' hommes ou de ſoldats qu' il pouvoit mettre en Campagne a l' occaſion d' une guerre qu' il pouvoit avoir avec ſes voiſins.* Hodie etiam ſimile quid ſtatus gentium ævi veteris repræſentare nobis licet, ſi animum attendamus ad auctoritatem, quam habent gentes ad ultimum ſeptentrionem ſpectantes, vel quo nomine ſint inter gentes Europæas barbaræ gentes indiæ orientalis & occidentalis. Nulla de bellis illarum inter nos cura, vix nomina illarum nobis ſunt cognita, & in rebus & negotiis publicis nulla illarum fit mentio. Talis olim plerumque omnium gentium inter ſe ſtatus erat: nulla enim alterius curam habebat, & quando forte aliqua illarum præ aliis criſtas erigebat, vicinum populum unum vel alterum armis laceſſebat vel ſubigebat, tunc demum nomen illius inter alias innoteſcere cœpit, & tantum valebat

 aucto-

auctoritate, quantum virium habere videbatur ad opprimendos alios. Breviter: antiquis temporibus ex effectu demum auctoritas reipublicæ dijudicabatur, nunc autem in ea dignoſcenda magis ad cauſſas & fundamenta potentiæ reſpici ſolet, ad quas cognoſcendas pronior nunc via patet & acclivior.

§. XII.

Hodie ſane, ſi aliqua gens magni nominis apud alias eſſe velit, non ſola ſufficit fama copioſæ & bellicoſæ gentis. Requiri quidem ſolet plerumque partim fama de prudentia, virtute Principis & in rebus gerendis felicitate, partim copioſus, bene exercitatus & perpetuus miles; partim denique numeroſa pecunia, quam in ærario collectam habere oportet rempublicam. Sed pluribus oſtendemus, nullum ex his ſolitarie acceptum ſufficere, ſed verum adquirendæ auctoritatis adminiculum latere in juſto uſu exercitioque virtutis, potentiæ & virium reipublicæ. Ad virtutem Principis quod attinet, fatendum omnino erit illam ad comparandam auctoritatem utramque facere paginam, ſine virtute enim Princeps viribus regni ſui juſte uti haud valebit. FORSTNERVS enarrat & deſcribit virtutes, quæ ad auctoritatem Principis acquirendam requiruntur, in compendio, *in not. ad Tacitum. Tom. I. pag.* 199. *Eorum*, inquit *quæ verendum populis Regem faciunt, duo præcipua ſunt, virtus & externus morum decor: & virtutis iterum, vel aliena vel ſua. Principis propriæ virtutes ſunt, ſagacitas in pernoſcendis civium animis, peritia bellicarum artium, pacis tuendæ ſolertia, adverſus ſubitos caſus præparatio, dexteritas obſecundandi temporibus, maturitas in deliberando, celeritas in exſequendo, conſtantia in agendo, in promiſſio veritas, in cœptis magnus animus, in factis inconcuſſum animi robur, in divinis exacta ſacrorum & religionis cura, denique in univerſæ vitæ, curriculo morum æqualitas & conſtantia. Hæ virtutes munimenta ſunt magnitudinis regiæ: hæ populos veneratione implent; hæ principem tutum ſanctumque præſtant.* Fama, virtutis Principis

multum

multum inter gentes efficit, ut pluribus oſtendit auctor *teſtamenti* RICHELII *P.* 2. *c.* 9. *ſect.* 2. Et cui uſui eſſent omnes reipublicæ vires vel potentia, ſi ille, cui reipublicæ cura eſt demandata, neque dijudicare illas poſſit neque illis recte uti velit. *Miſerable eſt le Prince*, inquit JEAN MARNIX in *reſolutionibus politicis* (*ou maximes d' Etat*) *Sect. III. p.* 209. *auquel on céle la verité, mais plus miſerable celuy qui ne l' entend pas & s' en doit raporter a ce qu' un autre luy en dit, miſerable encore celuy qui ne la veut entendre, ſe rendant inacceſſible par une maxime mal entendue, que tout ce qui eſt de grand, & élevé pour éſtre maintenu en reſpect & réverence, ne ſe doit ſouvent communiquer.* Gens aliquando ex optimo & feliciſſimo rerum ſuarum ſtatu ad incitas & ultimam ſalutis ſuæ metam redigi omnemque, ſplendorem amittere poteſt, ſi princeps ad vitia accingatur. Bona exiſtimatio Principis haud inique vocatur pupilla regni quam tangere nemini impune licet: id quod CAROLVS EMANVEL Dux Sabaudiæ frequentius in ore gerebat: *que la réputation étoit la prunelle de la principauté.* Vid. AMELOT DE LA HOVSSAYE *ſur les lettres du Card* D' OSSAT. *T. II. pag.* 65. Virtutum enim ſuarum ſingulari excellentia & ſplendore, quo aliorum oculos obfuſcant & exiſtimationem in ſe trahunt, multum ubivis momenti adferunt. Legatus Gallicus D'OSSAT *loc. cit.* hoc argumento ab exiſtimationis jactura petito utebatur, ad impediendam reſtitutionem Comitatus Salutiarum Sabaudo ab HENRICO IV. faciendam. *La principale raiſon*, inquit, *eſt que le Roy le luy laiſſant, perdroit beaucoup de ſa réputation, qui eſt celle par laquelle les Roys & Princes ſe maintiennent plus bien ſouvent que par toutes leurs forces & moyens; &c.* Nemo itaque niſi recto rationis uſu plane deſtitutus inficias ibit, famam virtutis maxime neceſſariam eſſe Principi. Interim tamen negari quoque non poteſt, illam ſolam ad auctoritatem, reverentiam & exiſtimationem Principi inter gentes comparandam haud ſufficere. Quis enim fructus redun-

dundaret ad gentes ex virtute Principis? ſi facultate non gauderet effectus ſuos aliis demonſtrandi & metum gentibus inferendi: quando enim potentia & virtus viribus eſt deſtituta, otioſa quaſi jacere cogitur occaſionemquem nullam captare poteſt, aliis inſerviendi. Ubi deſunt vires, laudanda quidem eſt voluntas Principis, verum intra cancellos laudis etiam ſubſiſtit publica de eo opinio. Nam non eſt conjuncta cum opinione potentiæ, quæ ſpem æque operatur auxilii & metum belli, ſi forte lædere eum quis audeat. Princeps enim optimæ indolis pulcherrimisque virtutum dotibus præditus eſſe poteſt, qui tamen neceſſaria auctoritate inter ſuos deſtituitur; id quod ſuo exemplo docuit JACOBVS VI. Rex Scotiæ. Princeps ſane clementiſſimus egregiæque indolis, ſed peſſimis conſiliariis circumdatus, ut JACOBVS MELVILLIVS graphice deſcripſit: *on ſ' étonnera peut être*, inquiens, *de voir qu' un Roi, qui avoit les meilleures inclinations du monde, ſouffroit tant de traverſes & de perſecutions. Mais le mal venoit de ce qu' il ſe fioit trop a des perſonnes intereſſées & violentes, qui travaillant inceſſamment a ſ' enrichir, au dépens du prochain, ne ſongeoient a rien moins, qu' au bien de leur Prince & de leur patrie. C' étoient des gens, qui amuſoient le Roi par des belles paroles, pendant qu' ils faiſoient enrager le peuple par leurs méchantes actions. Et afin qu' il n' y eut perſonne, qui voulût ou qui oſât informer ſa majeſté de leurs injuſtes procédures, ils prenoient un ſoin particulier d' éloigner ceux, qui etoient trop gens de bien & avoit le coeur trop bien placé, pour conniver a leur mauvaiſe conduite. C' eſt une verité dont je puis étre temoin irréprochable.* vid. *mem. de* JAQVE MELVIL. *T. II. p.* 604. Et haud multo poſt pag. 608. ipſi Regi dicebat, *ce qui me fit répartir, que j' etois extrêmement affligé de voir toujours un ſi bon Prince ſi mal conduit, & que la mauvaiſe compagnie qu' il ſouffroit au pres de lui, le put engager ſi ſouvent a offenſer ſes ſerviteurs les plus fidéles: qu' agiſſant de la ſorte, il feroit enfin croire a tout le monde, que le ſervice qu' on lui*

*rendoit*

*rendoit n' étoit compté pour rien, & que l' art de lui plaire ne conſiſtoit qu' a bien cajoler ſes favoris.* vid. *loc. cit. p.* 608. Cuivis enim Principi, licet virtute prædito, idem accidere poteſt, quod rerum Hiſpanicarum ſcriptores FRANCISCO I. adfixiſſe leguntur teſte VARILLASIO, qui in præfat. hiſtoriæ FRANCISCI I. dicit, cuius tamen de Franciſco ſententiam meam non facio: *Qu' il n' y avoit eu rien a redire dans ſa conduite: que les fautes que l' on croyoit y avoir appercuës, venoient de la Monarchie & non pas du Monarque; c' eſt à dire que Francois prémier avoit bien apporté tout ce qu' il faloit de ſon coté pour vaincre Charles Quint: mais que la France n' avoit pu faire des efforts aſſés conſiderable, ni fournir aſſés d' hommes & d' argent pour une telle victoire. Que ce que l' on imputoit au malheur du même Francois premier, ne devoit être attribué qu' a l' impuiſſance de ſon Etat; & que ſi les plus grands Capitaines & les plus adroits Politiques qui furent jamais, euſſent commandé les memes armées & ſe fuſſent rencontrés dans les memes conjonctures, ils auroient ſuccombè devant Pavie, & ſe fuſſent comme eux tiré d' affaire par les traités deſavantageux de Madrit, de Cambray & de Crepy.* Conf. BAYLE *Dict. hiſt. T. II. p.* 1277. *not. A. edit.* 1702. Vel mille cauſſæ obvenire poſſunt, quæ virtutis efficaciam, quam Princeps intendit, penitus intervertunt & auctoritatis opinionem apud alias gentes ſuſpendunt. Virtus enim, antequam ponderis aliquid vel momenti apud exteros ſibi acquirat, vim ſuam aliis conſpiciendam præbere, & quod amabilem æque ſe præſtet ac formidabilem in conſeſſu gentium, factis demonſtrare debet. CAROLVS I. Romanus Imperator apud omnes gentes fidem ſibi comparaverat, qui religionis curam & pietatis virtutisque amorem ſemper cum armorum ſuorum gloria & feliciſſimo ſucceſſu connexam habebat, ut pluribus teſtantur *acta ſanctorum menſis Januarii T. II. apud auctorem miraculorum S. Genulphi Epiſcopi c.* 2. §. 6. *p.* 99. *Carolus a magnitudine fidei, qua religioſus vivere ſtuduit & ab excellentia virtutis, qua gentis Saxonum*

 *vel*

*vel aliarum gentium virtutem ſtravit & ex idololatris Chriſto credulos fecit, & cuncta verſus adverſa bellorum inflexibilis viguit & ab æquitate juſtitiæ, qua totius regni vel imperii ſui ſpatia æque moderando diſpoſuit & ab Auguſtuli gloria, qua regnum Francorum nobilitavit vel a potentia qua a monte Gargano usque Cordubam hiſpaniæ civitatem dominatus eſt, vel ab ingenti laudis ſuæ fama, qua Patriarchæ Hieroſolymitani regisque Perſarum muneribus vel omnium totius Europæ Regum donis, legationibus, ſive pactionibus honoratus eſt ab his ſane vel omnibus, quæ regiam vel Auguſtam magnitudinem decent, jure magnus cognominatus eſt.* Et quovis tempore illos Principes, qui liberalitatis ſuæ excellentiam clero ſaltem conſpiciendam præbuerunt Pios, illos vero qui ſimul potentiam & amicis & hoſtibus ſentiendam dederunt magnos appellavere. Idem hoc auctoritatis fundamentum confirmat WITTEKINDVS *lib. I. annal. apud Meibom. rer. Germ. T.* I. *pag.* 641. de HENRICO *Aucupe: deinde pater patriæ, rerum dominus, Imperatorque ab exercitu adpellatus, famam potentiæ, virtutisque cunctis gentibus & regibus longe lateque diffudit. Vnde & aliorum regnorum proceres eum adierunt gratiamque in conſpectu eius invenire quærentes, fidem talis ac tanti viri probatam habentes dilexerunt.* Connectit enim Wittekindus cum fama virtutis ſimul potentiæ famam & quod illam ſervaverit pluribus exemplis comprobat.

§. XIII.

Ad potentiam quod attinet, quæ præſertim in armorum militumque præſtantia conſiſtit, ea neceſſaria omnino eſt, & hæc doctrina utramque facit paginam apud ſcriptores politicos, qui ad nauſeam usque de illa commentati ſunt. Impoſſibile eſt, ut reſpublica vel ſecuritatem ſervare, fines ſuos tueri, auctoritatemque inter gentes fulcire queat, ſi poteſtate non gaudeat, ſufficientes parandi & in aciem ducendi copias. Sufficiat hic adduxiſſe experientiam Regis prudentiſſimi HENRICI IV. in Gallia, qui emblemate

invento in annum 1602. iſta docere voluit. *Les ſucces des affaires* inquit *& diverſes experiences m' ayant appris que comme par les armes, les Empires ſe forment, que ſans icelles auſſi nulles dominations ne ſe ſcauroient bien maintenir, ſurquoi je veux que vous me dreſſiès une deviſe pour l' année mil ſix cens deux a quoi vous avies ſatisfait au moins mal que vous aviés pu, le corps d' icelle èſtant un dard fichè en terre lequel y ayant pris racine reverdiſſoit & jettoit des branches faiſant alluſion a celuy de Romulus, lequel ayant jettè un dard de Cormier de deſſus le mont palatin tant qu' il avoit pu pour deſigner la grandeur en circonference de la Ville qu' il vouloit baſtir, dont le lieu ou il eſtoit devoit eſtre le centre, ce dard s' ètant fichè en terre y prit racine, verdoya & devint arbre qui a durè jusques ſous Caligula, & le tenoit ou comme pour l' une des fatalitès à la grandeur de l' empire: & pour ame á ce corps ces paroles;* Ni vigeant arma, labitur imperium. Conf. *les mem. de* SULLY, *T. II. p.* 40. OXENSTIERNIUS Sueciæ Cancellarius, perſuadere ſtudebat legato Gallico quod reſpublicæ parum ponderis ſuperaddere valerent rebus & negotiis ſuis, niſi armata manu illa eſſent ſuffulta & roborata. Id quod elegantiſſime & ingenioſe eloquebatur: *depuis,* inquiens, *que les couronnes n' avoient plus d' armées, il ne leur reſtoit plus d' autres perſuaſions que les topiques d' Ariſtote* vid. *mem. de* CHANUT *T. II. pag.* 228. Quousque Princeps internis turbis & diſſidiis vexatur, robore ſuo domeſtico deſtitutus eſt, nec potentia gaudere præſumitur nec prudentia, niſi turbas ita habeat in ſua proteſtate, ut longe iis ſit ſuperior, & quando erumpere conantur, in prima herba eas ſuffocare poſſit. Ideo JACOBUS MELVIL Legationem in Angliam diſſuaſit, quam Rex JACOBUS ei injungebat: *Je repondis,* inquit, *au Roi, que je ne croyois pas la conionc ture propre pour obtenir des choſes ſi importantes & que tant, qu' il ſeroit mal avec ſes propres ſuiets, l' Angleterre n' auroit guerre de conſideration pour lui ni pour aucun, qui viendroit de ſa part: qu' ainſi il vaudroit mieux faire voir auparavaut a tout le monde qu'*

 *il avoit*

*il avoit aſſes de prudence & de conduite, pour regler ſes propres affaires & pour ſe faire obeïr par ſes ſuiets. Que cela etant fait, les Anglois auroient de l'eſtime & de la veneration pour lui. Memoir.* de MELVIL T. 2. p. 455. Vera hæc ſunt omnia. Interim tamen potentia ſola fundamentum auctoritatis inter gentes haud parit. Habent enim monente BOECLEO *diſſ. VII. de potentia civitatum p.* 270. arma plurimum invidiæ eaque demum laudata potentia cenſetur, quæ arma iuſte & neceſſario ſumta ultro conſequitur, non quæ materiam armis præbet. Invidia vicinorum indies magis magisque excreſcit, quando Princeps magnum & numeroſum alit exercitum, metus enim excrescentis nimis potentiæ calcar illis addit, non ſolum armis & ſocietatibus ſui ipſius ſecuritati bene providendi aliosque ad idem ſtudium excitandi, ſed occaſionem quoque præbendi, ut varia bellorum pericula, damnaque & ſeditiones internæ externæque excitentur, quibus ad priſtinum ſtatum redigatur respublica. Nocet præterea aliquando potentia Principibus bellicoſis, qui ſane numquam neque criſtas erigere neque chordas ita intentare ſtuduisſent neque ſibi ipſi & regnis ſuis maximas turbas comparasſent & excitaſſent, niſi ſpem omnem ſalutis in numeroſo milite quæſiuiſſent. Quid iuvat enim potentiſſimus excercitus, ſi illo abutantur Principes, vel civium bona deglutiat, ipſa regni viſcera arrodat, vel non tam ad pacem tuendam quam ad excitanda, fovenda & conſervanda bella temeraria & iniuſta inſerviat. Terrorem ille parit & operatur, non auctoritatem, odium potius excitat & horrorem, quivis enim data occaſione irruit in eiusmodi rempublicam formidabilem & aliquid conferre poſſe gaudet, ſi non plane ad interitum promovendum, ſaltem ad infringendas vires & inferendam debilitatem. Nulla ſane laus continetur in verſu illo qui Verſaliæ marmoreæ ſtatuæ Regis LVDOVICI XIV. inſcriptus legitur:

*Pace*

*Pace beat totum bello qui terruit orbem.*

Nam præter hyperbolem Gallorum Thraſonismo propriam a virtute alienum eſt, bello orbem terrere, quod ex nullo alio fonte quam ex regnandi & imperandi nefanda cupidine oritur, aliique genti ſua ſubripere ſuamque fortunam aliarum gentium, quæ nos non læſerunt triſtibus ruinis ſuperſtruere conatur. Magnum illud fedus, quod meditabatur HENRICVS IV. Rex Galliæ contra Hiſpaniam nullo alio fine excogitatum erat, quam ut Hiſpania juſtis & naturalibus finibus & limitibus, quos ſupergreſſa erat, circumſcriberetur; id quod Legatus Gallicus ſatis diſtincte Regi Angliæ JACOBO oſtendit. *Intereſſant*, inquiens, *au profit de la diſſipation Eſpagnole tous ceux qui paroient donner quelque ſorte d' empeſchement à r' enclorre ſa domination dans les ſeules bornes d' Eſpagne, leur faiſant voir des ſeuretés ſuffiſantes pour ce qui leur ſeroit promis, & que ce qui s' entreprendroit ne ſeroit pour aucunes fins ambitieuſe ny pour en agrandir en ſorte queleonque; ny la France ny l' Angleterre ny autre potentat ſi puiſſant, qu' il fut pour devenir auſſy ennuyeux & formidable aux autre que s' eſt maintenant rendue l' Eſpagne laquelle pour ce ſujet ſeul l' on veut aſſayer d' affoiblir*, Conf. *mem. de* SULLY *pag.* 154. *T. II.* Utramque hic faciunt paginam ſcripta publica in præterito bello Hiſpanico contra Galliam edita, in quibus ſatis oſtenditur, operam federatis eſſe dandam, ut Galliam redigerent in priſtinos fines & pruritum ejus infringerent, poſthac pacta conventa pro ludibrio habendi. Vid. *Actes & Mem. touchant la Paix d' Utrecht T. I. p.* 137. 162. Si MOLESWORTHIO, auctore libri: *Etat préſent de l' empire de Danemarc* fides eſſet habenda *c.* 10. *p.* 218. *ſeqq.* 221. omnes ſane Principes, qui ſeptentrionem ſpectant, hoc morbo laborarent, quod omnem potentiæ, divitiarum & ſplendoris ſui ſpem in numeroſo milite collocatam haberent, & propterea cogerentur ad injuſta bella gerenda vel inter vicinos excitanda & conſervanda, eum dumtaxat



taxat

taxat in finem, ut cum militibus ſuis, quos ipſi alere haud valerent, mercaturam & commercium facere poſſent. Enimvero quot periodi in iſta narratione, tot errores qui ſane refutatione non indigent & quos recenſere eſt refutare, quibus tamen etiam dicam ſcripſit auctor *de la defenſe du Danemarc. c. X. p.* 130. *ſeqq.*

§. XIV.

Sine divitiis quoque haud conſiſtere poteſt respublica nec potentia eius, niſi hoc rerum gerendarum nervo roborata ſit. Absque numis enim ſplendorem reipublicæ conſervare res profecto non tantum ardui laboris eſt ſed plane impoſſibilis, utpote quum res illa maximos ſemper ſumtus requirat. Haſtis argenteis pugnare, quod eſt in Erasmi adagiis, ex veterum oraculis, longe maiorem ſæpe comparat victoriam quam copiarum militarium violentia. Laudanda igitur eſt illorum Principum diligentia, qui per licita media divitias ſibi comparant eum in finem, ut neceſſitatibus ſubditorum ſuorum commode ſubveniatur. Rectiſſime igitur iudicat *liber Baro de* SCHRÖDERN in der Fürſtl. Schatz- und Rent-Kammer *in præf.* §. 9. de adminiculis reipublicæ ſubveniendi. Wenn ich mich unterſtehen dürffte / inquit, ſo getrauete ich mir mit zweien Pfeilen das Ziel zu treffen / nemlich mit einer ſtehenden *Armee*, und zweitens mit vielem Geld in Kaſten. Die Armee dienet zur Sicherheit eines Fürſten / mit welcher er auch ſeine Fehler / ſo er ja derer etliche beginge / wieder gut und ſich ſelbſten eine *auctori*tät machen kan; dann ſolche iſt der *caveçon* durch welchen alle unruhige Gemühter zurück gehalten werden / welcher ſich ein löblicher Fürſt nicht zu *introducir*ung einer *Tyrannei*, ſondern zu Beförderung der *Iuſtiz* und Erhaltung des Friedens bedienet / damit er freie Hand habe / die Frechheit derer zu ſtraffen / welche andere unterdrucken / und den Muthwillen derer zu dämpffen / welche *turbatores quietis & pacis*

*pacis publicæ*, das iſt / welche Friedens-Stöhrer abgeben wollen. Denn durch eine ſtatliche Armee machet ſich ein Fürſt zum Meiſter des Friedens. Geld aber iſt einem Fürſten nöthig / ſo wohl die Armee zu unterhalten / als alle groſſe *deſſeinen* alſobald zu *exequiren*; *pecunia enim eſt nervus rerum gerendarum*. Enimvero divitiæ & opes haud ſufficiunt ad felicitatem reipublicæ promovendam vel auctoritatem illi inter gentes comparandam, ſi non recte illis utantur respublicæ. Quando vel otioſæ in ærario publico ſervantur, vel in maximum commerciorum & opificum detrimentum inter ſubditos circulari haud poſſunt, vel ſi ad comparandas res inutiles & vanas a Principe impendantur & dilapidentur, ut parum vel plane nihil utilitatis exinde redundet ad ſubditos, vel ſi tandem reſpublica, ut olim ab Hiſpania factum divitiis ſuis ad opprimendas alias gentes utatur, & vires ſuas quaſi impendat ad debilitatem ſibi comparandam. MACHIAVELLVS *de republica L.* 2. *c.* 10. ſatis ſuperque oſtendit pecuniam non eſſe nervum belli, ſaltem ſolius pecuniæ tantam vim non eſſe, ut nos ſola defendat, ſola hoſtium impetum moretur, ſola victoriam reportare queat. *Proſunt*, inquit, *p.* 306. *illa quidem omnia, ſi cum ſtrenuorum militum virtute conjuncta fuerunt*; *at ſeorſim vires tuas parum augent. Sine ſtrenuorum militum virtute nil proſunt theſauri ingentes, nec ſitus regionis natura loci munitus: benevolentia ſubditorum non diutius durat quam illos defendere potes*. Et paulo poſt *pag.* 310. *Non eſt igitur*, inquit, *pecunia nervus belli, ſed ſtrenuorum militum virtus. Requiruntur quidem ad bellum pecuniæ, ſed non ut plurimum inſtrumentum: eſtque earum indigentia talis, quam ſtrenui milites ſæpe vicerunt: nec ſolent niſi raro, deeſſe ſtrenuis militibus pecuniæ quod ipſi eas ſponte inveniant & comparent.*

## §. XV.

Verum auctoritatis fundamentum gentis alicujus in con-

ſeſſu gentium obtinendæ, & genuinum hoc ſibi comparandi adminiculum conſiſtit in juſto uſu potentiæ & divitiarum. Milites & pecunia ſunt adiumenta neceſſaria, verum ſi rectus uſus non adhibeatur, debilia & inefficacia ſunt inſtrumenta immo vero valde nociva, quæ ſtatus publici certiſſimam ruinam ſecum trahunt. Exercitus & divitias ſemper in promtu eſſe oportet, verum utraque impendi debent, ut conſervetur & roboretur reipublicæ ſecuritas, vicini hoſtes injuſtique oſores deterreantur, eorum ferocia & lædendi pruritus compeſcatur, oppreſſis ſociis auxilium feratur, malevoli cives deprimantur, bona civium augeantur, divites mercatores, opifices artium ſuarum uſu excellentiſſimi alliciantur, & ut numerus ſubditorum non hominibus tantum vitam otioſe trahentibus & inutilibus terræ ponderibus, ſed induſtriis viris rerumque ſuarum ſatagentibus augeatur. Recte igitur judicat auctor *de la déſenſe du Danemarc* contra MOLESWORTHIVM *c.* 10. *p.* 131. *Le Roy de Danemarc ne contre*, inquit, *ſes ſoldats comme des richeſſes, qu' autant qu' il peut les rendre utiles á ſes Alliés ou à la conſervation de ſes ſujets contre les efforts d' un ennemi étranger. De ſorte qu' étant les cauſes de la tranquillite, il les regarde comme ſes veritables richeſſes. Nec Baro de* SCHRÖDERN principia ſua, quibus Principi opes & exercitus commendat ſine ulla reſtrictione vult intelligi, licet alio loco jus abſolutum Principum, quod mere cerebrinum eſt, promovere ſtudeat; ſtatim enim poſt *loc. cit.* §. 10. die Armee wollen wir / inquit, andern zu *gouverniren* überlaſſen; aber wie ein Fürſt Geld bekommen ſoll / davon habe ich in gegenwärtigen Tractätlein fürgenommen zu ſchreiben. Ich habe durchaus darauff geſehen / wie des Fürſten *intereſſe* mit dem *intereſſe* der Unterthanen zuſammen verknüpffet werde / und verflucht ſey der / welcher vorſetzlich das *intereſſe* eines Fürſten von dem *intereſſe* der Unterthanen ſcheidet / dieweil dieſer beider *intereſſe* nicht als zugleich wohl beſtehn können /

nen/ und müſſen diejenige/ welche die Kette/ womit ein *Etat* in ſeinen Gliedern an einander verknüpffet iſt/ recht *examiniren* / geſunder Vernunfft nach/ und der Erfahrung gemäß bekennen/ und öffentlich durch einen unwiederſprechlichen Beweiß bekräfftigen: daß die Wohlfahrt und Wohlſtand der Unterthanen das *Fundament* ſeye/ worauff alle Glückſeeligkeit eines Fürſten als Regenten ſolcher Unterthanen gegründet ſey. Auctor *du Teſtament de* COLBERT ſatis ſuperque demonſtrat *cap.* 3. cum ſtudium armorum tum divitiarum Principi eſſe neceſſarium: verum oſtendit ſimul uſum illorum iuſtitiæ & rectæ rationis uſu inniti debere. *Vn Prince*, inquit *p.* 135. *qui a de l' argent & une belle armée attire non ſeulement le reſpect de ſes peuples, mais encor de ſes voiſins: car c' eſt le meyen de luy donner une grande reputation, ſans la quelle un Royaume ne ſcauroit étre floriſſant. Ainſi un Prince qui a ſoin de ſes affaires doit ſonger uniquement à l' acquerir, en quoi il a mille fois plus d' avantage que de ſe faire craindre par des entrepriſes iniuſtes, quoiqu' elles luy reuſſiſſent, car l' un ſuſcite l' inimitié de toutes les autres Puiſſances au lieu que l' autre lui attire de l' eſtime & de la conſideration. Ou un état, qui ſe trouve aiuſi avoir un ſi grand nombre d' ennemis, recoit tôt ou tard le coup mortel, qu' ils efforcens de luy porter; au lieu que quand ſa puiſſance eſt fondée ſur la droiture & ſur la raiſon il a toujours des alliés fidéles & qui ne lui manquent jamais au beſoin.* Coniungendæ itaque ſunt indiſſolubili nexu ad comparandam inter gentes auctoritatem, virtus potentia & divitia, non otioſa poſſeſſione, ſed exercitio regulis iuſti, honeſti & decori ſuperſtructo. Vſus ſobrius iſtarum rerum auctoritatem roborat mirifice, quod Proceres regni Gallici regi Lud. XIII. animoſe ſatis exponebant: *On a tort de vous accoutumer ſi tôt a des choſes que les bons Princes font ſi rarement. Plus un Roi eſt grand & puiſſant, plus il doit uſer ſobrement de ſon autorité, s' il veut qu' elle dure longtemps. C' eſt une maxime certaine & conſtante dans la bonne politique.* VASSOR *hiſt.*

*de Louis XIII. T.* 2. *p.* 266. Tribus hiſce rebus innititur nervus auctoritatis gentium, neque ea violento modo adquiri debent neceſſario, ſed viæ pacis manuducunt potisſimum Principes ad illud faſtigium inſignis famæ inter gentes, ut earum rebus cum pondere intereſſe & conſulere queant. Ad teſtem ſumma animi devotione provoco omni exceptione maiorem, ad potentisſimi Angliæ REGIS orationem, quam d. 22. Iunii 1720. præſentibus Paribus Angliæ & in conſeſſu totius gentis ſuo nomine habere iusſit. *Il ne reſte*, inquit, *que fort peu de choſe a faire de notre part pour convaincre tout le monde, qu' on acquiert plus de crédit, de ſureté & de gloire en ſuivant des vices pacifiques, & en rempliſſant fidellement les juſtes engagemens, qu' en comptant ſur les ſuccés de la guerre, & en ſuivant les conſeils de l' ambition.* vid. *Mercur. hiſt. T.* 69. *p.* 89. *ſeq.* Quidni etiam ad exemplum tanti REGIS provocare liceat, qui pacis magis, quam belli conſiliis tot difficultatibus gentium ſuccurrit, tot hoſtes tot ſeditiones auctoritatis ſuæ robore oppresſit, omnibusque Europæ negotiis pondus addit & momentum. Conf. *Act. & Mem. de la Paix d' Vtrecht T.* 1. *p.* 164.

## §. XVI.

Hæc cognitio auctoritatis gentium inſignem præſtat utilitatem in negotiis publicis belli & pacis. Nihil magis noviſſe conducit, quam quæ ſit ratio vicinæ reipublicæ, quanta gaudeat potentia, quibus polleat divitiis & ex quibus fontibus eæ promanent: utrum perennes ſint, an non venæ earum facile intercidi queant: num munita ſit copiis numero & fidelitate firmisſimis, an militem quidem alat, ſed inexercitatum & otioſum, flagellum agricolarum magis quam hoſtium. Inter eſt noſtræ reipublice noſſe, quomodo potentia & divitiis ſuis utantur vicini, quæ ab iis nobis polliceri queamus auxilia: Forte omnia in luxum & voluptates impendunt: forte theſauris ſuis profunda aviditate invigilant,

vix

vix ſibimetipſis, multo minus aliis opem ſalutarem indulgentes: & quod LIVIVS de PERSEO Macedoniæ rege dicebat, pecuniæ, quam regni meliores cuſtodes. Forte difficiles ſunt, timidi, ſcrupulis intempeſtivis agitati, omnia procraſtinant, nihil promti, nihil opportuni ab iis exſpectandum: Forte nimis audaces ſunt, bellicoſi, nodos omnes gladio disſolvunt, omnis ſalubris conſilii impatientes, quid moderatum ſit, neſcientes, quid decorum: breviter, videndum eſt an juſto polleant animi robore, vera prudentia & virtute, recte utendi viribus ſuis. Effatum CICERONIS firmo nititur talo *Lib. 2. de oratore: Ad conſilium de republica dandum caput artis eſt, noſſe rempublicam.* Sane qui ad gubernacula ſedent, undique verſum vicinorum habitum, conſilia & actiones circumſpiciunt, ut quid ſperandum, quid timendum ſit, in tempore prævidere queant & inter ſcriptores BÖCLERVS, BOSIVS, PELTZHOFFERVS, FORSTNERVS pluribus docuerunt, quod notitia auctoritatis vicinarum rerumpublicarum in prudentia politica utramque faciat paginam. Quando bellum inſtare videtur, ſollerter diſpici ſolet, quomodo ſe vicini erga nos habeant, quæ commoda & incommoda nobis inferri abs iis poſſint, cuius rei luculentiſſima documenta apud PVFENDORFFIVM, THVANVM, GVICCIARDINVM, MEZERAEVM aliosque hiſtoricos pragmaticos exſtare novimus. Si federa ineunda ſint, robur & debilitas eorum ſpectanda ſunt, non tantum quos politica ſtatus ratio nobis iudicat eſſe vicinos, ſed quibuscum federa ipſa pangimus, ne respublica noſtra per federa cum miſeris, infortunatis, ſuarum rerum negligentibus ipſa ſibi, ſi non ruinam, moleſtias ſaltem diuturnas contrahat vel auxilia ſua male collocet & citra omnem fructum intempeſtive diſpenſet: ne federibus facultatem ſibi adimi patiatur reſiſtendi potentiori vicino & compreſſis quaſi manibus aliorum internecionem ferre oporteat, quarum interitus noſtrum prænuntiare videtur: ne

auctoritas vicinæ gentis cancellos juſti æquilibrii egrediatur nec nos ipſi eam federum noſtrorum pondere firmemus. Quum Hiſpania CHRISTINAM Sueciæ tanta ſollertia in partes ſuas trahere adlaboraret Belgisque infenſam reddere cuperet, regina ſollicite explorabat, indolem & vires utriusque reipublicæ: ideoque ex Senatore Sueciæ BENCKSCHVT, qui iſtas terras peragrauerat, pleniorem de iis notitiam haurire satagebat, quod pluribus exponunt *les memoires de* CHANVT *T.* 3. *p.* 255. *Il avoit paßé a ſon retour par la Hollande: c' eſt pourquoi, lorsqu' il vit la Reine, cette Princeſſe s' enquiſt curieuſement de luy, en quel état il y avoit trouvé les affaires & il luy répondit, que les Etats generaux avoient de grandes forces ſur mer & que ſi la guerre continuoit entre eux & les Anglois, ils etoient en état de contraindre leurs Ennemis a leur demander la Paix, qu' il y avoit beaucoup de confuſion en Angleterre dans le Gouvernement, graude diſette de toutes choſes & leur commerce entierement ruiné.* Et paullo poſt *p.* 256. *La Reine lui demanda dans le Senat pluſieurs particularités de l' Etat des Païs bas, a quoy il repondit, que leurs affaires etoient toutes differentes de ce, qu' en publioient les Eſpagnols en Suede, qu' il n y avoit point d' argent que leur armée étoit trés foible & nullement en état de rien entreprendre --- que tout etoit en France dans l' obëiſſance & dans le devoir, que les affaires s' y retabliſſoient, que c' étoit un état formidable & plus riche ſans comparaiſon & plus peuple, que tous les Etats enſemble du Roi d' Eſpagne qui n' avoit beſoin d' autre choſe, que d' être bien uni en lui même, pour ſe rendre invincible & entreprendre toutes choſes: ce diſcours fit grande impreſſion ſur l' eſprit de la Reine & de tout le Senat.* Fieri etiam poteſt, ut reges male de auctoritate alicujus nationis edocti, eam contemtim habeant, quum tamen eam potius ſuſpicere deberent & quovis modo amicitiam eius ſibi conſervare. Memorabile exemplum illius erroris exhibet JACOBVS VI. Rex Scotiæ, cuius animus in flore ætatis a legato Anglorum calliditatis acerrimæ viro demulceri facile poterat

& pe-

& penitus occupari. Hic a regina ſua mandata acceperat de impediendo regis JACOBI matrimonio, omnem igitur movebat lapidem, ut ei inviſos redderet legatos Regis Daniæ, quorum mens atque conſilium eo tendere videbatur nec plane in caſſum laborabat: rex enim iſta perſuaſione deceptus, legatos tanti regis ludibrio ſuorum exponebat. Verum JACOBVS MELVIL, vir prudentiſſimus, in callida conſilia Anglorum penetrans pro ea, quam regi debebat, fide graviter eidem mala repræſentabat, quæ exinde ſequutura forent, quando contra jus Gentium, legatis Danorum tanta inferretur injuria: cui Rex talia dabat reſponſa, quibus conſtabat, quam male de auctoritate Regum Daniæ ſentiret: dicebat enim: *qu' il etoit informé, que le Roi de Danemarc étoit de race de Marchands & qu' il n y avoit, que les Flamands, qui euſſent de la conſideration pour lui. C' eſt qu' on lui avoit perſuadé, a fin qu' il en fit moins de ſcrupule de traiter ſes Ambaſſadeurs avec mépris.* Quum vero MELVIL longe alia narraret & multis argumentis evinceret, quantæ ſit potentiæ Danorum Rex, quantæ auctoritatis apud omnes gentes, JACOBVS rem momento ſuo ponderans abjecit inconſideratam de eo ſententiam, legatos honorifice excipi juſſit & multis blandimentis & honoribus mactatos dimiſit: quod pluribus enarrat MELVIL *Memoir T.* 2. *p.* 505. *ſqq.* Quemadmodum Dux belli varia incurrit pericula, ſi hoſtem contemtim habeat ejusque vires vel ignoret vel minus recte ponderet: ita etiam respublica ejusque ſummi Imperantes varia ſubeunt incommoda, ſi de auctoritate vicini populi ſecus ſentiant, quam veritas poſtulat eumque floccipendant. Feliciores profecto progreſſus feciſſent CAROLVS *audax* in Heluetos PHILIPPVS II. in Belgas, CAROLVS XII. rex Sueciæ in Ruſſos, niſi viribus ſuis nimium confiſi hos populos alto deſpexiſſent ſupercilio in eamque iviſſent ſententiam eſſe populos absque fortitudine, prudentia & ingenio, quod in præſenti teſtimoniis hiſtoricis illuſtrare ob rei amplitudinem ſuperſedemus.

 CAP.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-172506-p0059-4

## CAP. II.

# DE FIDE MORALI RERVM-PVBLICARVM.

### SVMMARIA.

*§. 1. Oſtendit, gentes ad fidem ſervandam iure naturæ eſſe obſtrictas. §. 2. ſtupidiſſimis gentibus id officium cognitum eſſe. §. 3. Quo incultiores fuerint populi, eo ſimpliciorem fuiſſe fidem, cuius ſignum inter alia antiquiſſimum fuerit data dextra, ſine chirographis. §. 4. Quo cultior populus evaſerit, eo propius ad perfidiam acceſſiſſe docet. §. 5. quo ſanctior eius fuerit religio, eo iniquiorem in pactis ſervandis populum. §. 6. perfidia Chriſtianorum populorum hoc illuſtrat. §. 7. Firmamentis ergo fortioribus pactorum opus fuiſſe monet, quæ recenſentur & iuſte æſtimantur. §. 8. in primis quum malæ fidei defenſio publicis ſcriptis fuerit ſuſcepta variisque prætextibus colorata, qui enarrantur. §. 9. docet, quam male ſibi gentes proſpiciant, ex perfidia lucrum captaturæ.*

### §. I.

Fides moralis, quam ſupra opinionem bonæ fidei eſſe diximus ſive opinionem pactorum conſtanter ſervatorum, non tantum ſpectanda eſt tamquam officium gentium & rerumpublicarum, ſed etiam vt adminiculum primarium felicitatis earum, quæ ſine fide morali ſubſiſtere nequit. Obligatio rerumpublicarum ad ſervandam fidem patet ex Iure Gentium, quod nihil aliud eſt, quam Ius naturæ ad Gentes applicatum: quidquid in eius legibus hominibus ſingulis præſcriptum continetur, id etiam integris ſocietatibus, corporibus hominum politicis, gentibus in univerſum ſocietatibus civilibus iniunctum eſſe intelligitur. Ea propter ſicuti nemini hominum licet alteri inferre iniuriam: nemo enim eſt lædendus: ita quoque nulla nationum alteram iniuria adficere debet. Eſt autem iniuriæ ſpecies, ea alteri dene-

denegare, quæ pacto ſibi adquiſivit: quando enim populus conſenſu ſuo in hoc vel illo negotio priſtinæ libertati de eo diſponendi nuntium miſit & eo ipſo ius in alterum populum tranſtulit, rem vel actionem, de qua conſenſus præſtitus eſt, ſibi vindicandi, non poteſt vlterius ea de re pro lubitu ſtatuere, ſed iuri perfecto alterius nationis aliquid detraheret, ſi contra præſtitum conſenſum datumque promiſſum agere vellet. Sic inferetur alteri populo iniuria, qui exinde nanciſceretur ius ſe defendendi ſiue ius belli & pax externa ſua ipſamet culpa turbaretur, ad quam ſervandam ius naturæ obligat. Non ſolvitur obligatio hominum, qua Iuri naturæ adſtricti ſunt, dum in corpus liberi populi coaleſcunt & quidquid ſinguli debent ſingulis, id corpus totum populi alteri debet corpori cuiusdam gentis, quæ perſonam repræſentat moralem, quæ communem conſenſum prælucente intellectu & decernente voluntate exhibere, adeoque pacta inire ſibi aliisque obligationem inferre, ut & ſi promiſſis contraveniat, alios iniuriis onerare poteſt. Gentes etiam Deum habent ſuperiorem tamquam ſupremum legislatorem & quamvis in ſtatu libertatis & naturali vivant, libertas tamen earum voluntate Domini generis humani circumſcripta eſt: hæc autem præcipit: pacta eſſe ſervanda. Præterea bona fides inſignis eſt utilitatis apud gentes & neceſſitatis: nam ut GROTIVS in prolegomenis ad ius belli & pacis obſervat: nulla eſt tam valida civitas, quæ non aliquando aliorum extra ſe ope indigere poſſit, vel ad commercia vel etiam ad arcendas multarum externarum gentium iunctas in ſe vires. Quæ forent firmamenta poſſeſſionum, finium conſtitutorum, mutuæ defenſionis, quomodo gens aliarum gentium auxilia ſibi iure perfecto vindicare poſſet, quo fundamento niteretur pax inter reſpublicas conſtituta, qua ſecuritate mutua alerentur commercia, quid de inviolabilitate legatorum fieret, quæ fides eorum promisſis & pactionibus habenda foret, ſi pactorum

fidem tollas inter gentes? omnia erunt fluxa, lubrica, incerta: perpetuo metu vexarentur gentes, gladiis eductis iis ſemper opus eſſet, anxie circumſpitientibus, cuius latus iis prima occaſione petendum ſit: nihil ſecuros aliquantum reddere poſſet populos, quam exercitus potentiſſimus & formidoloſus vicinorum potentiæ minanti opponendus: quies tamen non vltra duratura foret, quam, quousque ferocienti populo placeret ab iniuriis inferendis abſtinere. Nova ſemper pacta componenda eſſent ſine ulla ſpe, ea ſervatum iri, quod temporibus CAROLI V. & FRANCISCI I. accidit, quorum monente LEIBNITZIO *præfat. ad Cod. Diplom.* tot exſtant tractatus, ut nullum credas habuiſſe bellandi tempus, tot vero hoſtiliter acta memorantur, ut numquam pacem feciſſe videantur. De omnibus vero Principibus idem ferendum eſſet iudicium, quod eodem LEIBNITZIO teſte l. c. Legatus quidam de magno & tota vita negotioſo principe faciebat: *hunc principem laute vivere oportet: car il traitte touiours.* Dum autem gens ſervat pacta & promiſſa, ipſam ſibi bonæ fidei opinionem adquirit: Secundum illud tritum: qui fidem non dat, fidem non invenit. Verum itaque adminiculum tuendi nomen fidei moralis inter gentes ipſa pactorum eſt conſtantia. Vnus enim vel alter bonæ fidei actus multis aliis iniquis fraudibus permixtus & interruptus tantum abeſt, ut gentem aliquam fidei moralis laude inſigniat, ut potius improbitatem eius magis diſtinguat, & omnibus notum faciat, quantum diſtet a priſtina fide.

§. II.

Quovis tempore hoc officium gentibus, fuit cognitum & inter ſtupidiſſimas nationes bonæ fidei pactorumque ſanctitati locus fuit relictus. Duo tantum exempla eorum adducam populorum, qui ruditate, mentis vecordia & morum incultorum barbarie vix ſui ſimiles habere videntur. Alii, qui

qui ad caput bonæ ſpei habitant *Hottentottæ* plerumque vocati & a *Cafris* diſtinguendi, vitam adeo neglectam, adeo ſordidam vivunt, ut antiquiores ſcriptores dubitaverint, utrum inter homines ſint referendi, an non ex ſimiis primi generis, qui forte rem cum feminis Afrorum habuerint, originem ducant diuque de iis creditum fuit, quod propter ſtuporem animi, more beſtiarum, Dei penitus ſint ignari: ſed de his omnibus KOLBIVS, qui per aliquot annos cum iis conſuetudinem habuit, in itinerario ſuo veriora nobis narravit. Stupida hæc natio tamen promiſſa ſua tam ſancte obſervat, ut nulla gentium hac in re ei antecellat, quod KOLBIVS non tantum de privatis ejusdem negotiis *p.* 550. adſerit, ſed etiam de publicis pactis cum aliis gentibus *p.* 560. confirmat: Auch dieſes iſt an ihnen höchſtpreißwürdig und vor der gantzen Welt zu loben/ daß ſie/ wenn einmal der Friede geſchloſſen und die Vertrags-Puncten verabredet/ auch beyderſeits zugeſtanden worden dieſelbige/ ob ſie ſchon nicht in Schrifft verfaſſet und weitläufftig ausgebreitet werden/ ſondern nur in bloſſen gewechſelten Worten beſtehen/ die zwar offtmahls bald verrauchen/ ob ſie gleich noch ſo eine groſſe Krafft und Würckung auf des Menſchen Gemüht haben ſollten und müſten: dennoch ſteiff und feſt in ihrem Gedächtniß bewahren/ ihren Nachkömmlingen erzehlen und ſie zu derſelben Beobachtung eben ſo gut anmahnen/ als ob ſie mit einem theuren Eyde bekräfftiget und in eine Schrifft verfaſſet wären: welches ja gewißlich von einer ſo *brutal* und tumm ausgeſchrieenen *Nation* höchſt wunderwürdig iſt. His jungendi ſunt *Oſtiaci*, de quibus Suecus in Siberia captivus brevem deſcriptionem hiſtoricam conſignauit, quam WEBERVS Libro ſuo das Veränderte Rußland inſeri curavit. Hæc natio ultimum ſeptemtrionem ſpectans pauperrima eſt, ſimpliciſſima ad ſtuporem usque; fidem vero promiſſorum acerrime ſervat: Weil ſie/ inquit *l. c. p.*

*c. p.* 193. kein Pfand aufzuſetzen haben und weder ſchreiben noch leſen können/ vermittelſt welchen ſie einen *contract* aufrichten oder mit einer Handſchrifft ſich verbindlich machen können/ ſo brennen ſie auf ihren Händen allerhand Merckmahle/ Figuren der Vögel oder auch beſondere Puncte/ welche ſie denen *Creditoren*/ als ein Zeichen/ wobey er ſie gewiß kennen und wieder finden ſoll/ zeigen: haben ſie ſich entweder in die Hände geſchnitten/ gehauen oder ein Mahl im Geſichte/ ſo zeigen ſie bey Schlieſſung des *Contracts* die Wundmahlen auf und ſetzen gleichſam dieſelben zum Unterpfande; immittelſt rühmt man ſie/ daß ſie ſolche Verpflichtungen feſt halten und auf beſtimmten *Termin* entweder mit Fiſchen/ Rauchwercken oder auch mit Gelde die gemachte Schuld bezahlen und alsdenn ihre *Marquen* wieder aufzeugen/ als nehmen ſie ihre zu Pfande geſetzte Verſicherung wieder zurück und *annullirten* ihre Verbindung. Inter Moluccenſes & Philippinas inſulas hoc ſæculo ad octoginta ſeptem inſulæ ſuis cultoribus habitatæ detectæ fuerunt, quarum incolæ ipſis vicinis Ehtnicis fuere incogniti: hos illi, qui a *ſocietate Jeſu* ſe appellari volunt, accuratius explorarunt, ut ad Chriſtianam eos verterent religionem & de iis teſtati ſunt, gentem eſſe in æquitatem ſummopere propenſam, homines pacis per ſe ac æquitatis amantes, quam laudem ipſe Pontifex Romanus in litteris anno 1705. ad regem Hiſpaniæ & Archiepiſcopum Mexicanum iis tribuit. Vid. P. GOVIEN *Epit. dedic. du 6. recueuil des lettres édifiantes & curieuſes. a Paris.* 1706. *p.* 43. 48. BAYLE *réponſes aux Queſt. d' un Provinc. T. IV. p.* 160. De Germanorum populis jam olim in Pompeii theatro, quod ſupra attulimus teſte TACITO legati *Friſii* dixerunt: *nullos mortalium fide ante Germanos eſſe.* Ipſi Romani inter cultiores populos omnibus quidem virtutum generibus exercendis, ſed omnium maxime atque præcipue fidem colendo tam publice, quam privatim

ad tantam amplitudinem pervenerunt, quæ verba GELLII *Noct. atticar. L.* 20. *c.* 1. tot exemplorum experientia roboratur usque ad ultimum Romanorum Catonem. De incolis inſulæ Ceylonenſis vid. SAARS Reiſebeſchreib. *p.* 94.

§. III.

Quanto ſimpliciores etiam fuerunt gentes, tanto magis nudum verbum vel promiſſum inter eos valuit nec opus fuit apud plurimas, alia pactis admovere firmamenta, quam ſolam promiſſionem & forte ſymbolum vel ſignum externum, illam certo factam eſſe. Inter antiquiſſima ſigna datæ fidei apud multos populos extra dubium fuit dextra data, quum hæc palmarium inſtrumentum actionum externarum ſit, quo mediante voluntates ſuas exſequitur homo. Quemadmodum dextræ ſibi invicem iunctæ corpora proxime conjungunt & traditione dextræ præcipuum agendi inſtrumentum alteri tradimus tamquam in pignus fidei, ita etiam conſenſum paciscentium mutuis promiſſis datum & acceptum conteſtantur. Quam ob rem Romanæ Legiones dextras ex argento fabrefactas in ſignum pacis & fidei ſibi invicem mittere ſolebant, ut TACITVS obſervavit *L.* 1. *hiſt. c.* 54. *& L.* 2. *c.* 8. Perſæ veteres, qui DIODORO SICVLO teſte *L.* 18. religioſiſſime ſanctiſſimeque fidem datam obſervabant, dextra data fidem obſtringebant, quod pluribus perſequitur BRISSONIVS *de regno Perſarum L.* 1. *p.* 140. *& L.* 2. *p.* 339. De Parthis IOSEPHVS *Antiqu. Iudaic. L.* 18. *c.* 12. *p.* 517. adſerit, *Artabanum regem Anilæo Iudæo porrecta dextra ſanciiſſe, nihil eos ſe læſurum in fidem venientes, quod apud barbaros conventuros certiſſimum ſit argumentum fiduciæ: nam poſt datam dextram, inquit, apud eos nemo fallit neque quisquam ſuſpectis credere dubitat accepta dextra.* Ab Hircanis Medisque idem factitatum, ut dextras dextræ iungentes conventiones & pacta inirent, BRISSONIVS *l. c.* & ALEX. ab ALEXANDRO *genial. dier. L.* 5. *c.* 3. *p.* 253.

253. de eduis ex correcto Cæſaris loco LIPSIVS *ad Tacitum l. c.* oſtendunt. De Troianorum more conſtat ex VIRGILIO *L. 3. Aeneid. v.* 610.

*Ipſe Pater dextram Anchiſes, haud multa moratus*
*Dat iuveni atque animum præſenti pignore firmat.*

ita etiam apud SOPHOCLEM *Oedipo Coloneo* verba tribuuntur, quæ antiquitatem rei deſignant:

*Da manum antiquæ fidei teſtem filiabus meis*
*Et vos filiæ huic date: ac promitte*
*Quod volens has non ſis deſerturus, ſed facturus*
*Amanter, quæ illis utilia fore cognoveris.*

Inde apud veteres obtinuit: *en dextra fidesque.* Quum etiam in primordiis rerumpublicarum & neglecta ingeniorum cultura populi neque bonas litteras neque ſcribendi artem valde curarent, nil iis de chirographis vel litteris obligatoriis conſtabat, ſed contractus omnes meris verbis ore prolatis abſolvebantur. Immo vero, reges indignati ſunt nonnumquam, ſignificantiora ab iis ſigna conſenſus exigi, quam nuda oris verba: cujus rei exemplum DIODORVS SICVLVS de rege Perſarum L. 16. c. 43. a quo quum THESSALIO dextræ ſtipulationem poſtularet, rex, ut cui fides non haberetur ira commotus THESSALIONEM ad ſupplicium rapi iuſſit. Ex variis itinerariis recentiorum temporum etiam patet, populos Indiarum hinc & inde a pactorum vel inter ſe vel cum Belgis & Hiſpanis initorum exſcriptione ob morum dexteritatem & ſimplicitatem abſtinuiſſe, quamvis litterarum & ſcripturarum uſu non fuerint deſtituti. BALDAEVS in *Braſilianiſchen* Geſchichten *pag.* 774. de populo *Chiliorum*, pluribus refert: Sie wollten nicht haben/ daß die mit ihnen gepflogene Handlung ſchrifftlich aufgeſetzt und verfaſſet werden ſollte/ ſondern ſagten/ es wäre ihnen der Holländer Sprache unbekannt/ denen ſie ohne einige Schrifft doch wol trauen/ auch ihnen hinwiederum Treu und Glauben halten

ten wollten und wenn man es mit der Verhandlung treulich und aufrichtig meinete ſo bedürffe es keines Papiers oder Schreiberey. Memorabilis oratio, qua Scytharum legati ALEXANDRVM M. excipiebant: *iurando gratiam Scythas ſancire ne credideris: colendo fidem iurant. Græcorum iſta cautio eſt, qui acta conſignant & Deos invocant: nos religionem in ipſa fide novimus: qui non reverentur homines, fallunt Deos:* apud CVRTIVM L. 7. c. 8.

## §. IV.

Hoc autem experientia temporum omnium confirmat, quo cultior populus in externis moribus factus eſt, quo florentior eius fuit fortuna, multis laboribus, prudentia & ingenio ſibi comparata, eo magis ex conſtantia fidei remiſit gloriamque fidei ſervatæ perdidit, dum gloriam potentiæ nimiam anhelavit. Non in eam ruo ſententiam, quaſi gens nulla perfidiæ notam incurrerit, quæ non fortunata fuerit, florentiſſima & præpotens: nam & minores gentes quovis tempore exſtiterunt, quarum corrupta indoles perfidiæ maculum iis inuſſit: ſed illuc tendit mens mea, fortunam amplisſimam & potentiæ faſtigium, ad quod adſcendere licuit, anſam plerumque dediſſe gentibus, reſiliendi a pactis conventis, quæ antea ſervare conſueverant. In promptu cauſſæ ſunt: Quoad populus labore & induſtria, animique robore & conſtantia opus habet, ad fundandam rempublicam, quoad removenda ſunt multa obſtacula, quæ incrementis ſuis opponuntur, ſolet iis uti adminiculis quibus odia vicinorum evitare poteſt & amicitiam conciliare. Summam adhibet circumſpectionem in compeſcendis vitiis, quæ bella, pericula, damna ſibi contrahere poſſunt vel ſi iſta immineant ſuo verticì, ſtrenuiſſimus eſt & intrepidus ad ea propellenda & avertenda. At vero iactis proſperitatis ſuæ fundamentis, hoſtibus debellatis, pace undique firmata, adquiſita rerum omnium adfluentia, terrore vicinorum ferociæ iniecto, pacis dul-

dulciſſimo otio paullatim demulcetur, periculorum obliviſcitur, artes eluctandi ex variis moleſtiis dediſcit, incidit in languorem, luxuriam, voluptates: quas inter illecebras, commodiores quærit vias minusque moleſtas, ea ſibi parandi, quæ non niſi promta juſtitia, pactorum vide & validiſſima fortitudine hactenus impetrare ſtuduerat. Minoris quoque nunc æſtimat gentes circumjectas neque tanti facit, ut ab iis in fortunæ ſuæ curſu ſe detineri poſſe credat: pro nihilo itaque ducit firmitatem pactorum, quæ cum gente infirmiore & contemta iniit luditque ſanctitate promiſſorum, a quibus nunc ſine periculo recedere poſſe videtur. His rationibus etiam accedit, quod populus moribus & ingenio cultior accuratius pervideat, quid ſua in quovis negotio interſit promtioraque adminicula & copioſiora in promtu habeat, quæ ex calliditatis penu larga manu depromi poſſunt & quorſum fraudulentia, factorum ſimulatione decipiens, ſecundum principia MACHIAVELLI apprime facere videtur. Longe itaque ſubtilioribus, longe pluribus, longe delicatioribus vexatur tentationibus, quam populus rudis neque ad excogitandum acutus neque ad agendum ſatis cautus, qui id tantum reſpicit, quod ante pedes eſt nodumque aliter explicari non poſſe putat, quam ſolo gladii percutientis ictu. Talis modi tentationibus politicis facile ſuccumbit, præſertim quum non deſint colores, qui artibus ſuis fraudulentis induci pactorumque violationem fuco occultare queant. Carthaginenſes quidem narrante PLVTARCHO, libello *de præceptis gerendæ reipublicæ*, moroſi erant tetricique ingenii, abiectiſſimi in metu, ſæviſſimi in ira: teſtatur tamen de iis, *quod perſtiterint in decretis.* Non enim circa primordia reipublicæ ſuæ adeo inconſtantes erant in fide, quam quum potentia florerent & nationibus bellicoſiſſimis bellum inferre auderent: tunc plebs in conſtantiſſima penes quam ſumma reipublicæ erat, criſtas erigebat audacius, motus excitabat turbulentos,

tos, quidquid libebat, licebat, pactorumque fide habebat ludibrio: poſtremo fides Punica proverbio quoque infamis reddita eſt. Conf. VBBONIS EMMII *P. 2. de rebusp. Græcorum p. 26.* PAVLI MANVTII *adagia p. 339.* Græci ab initio gentes erant bonæ fidei, interque eos Attica fides perduravit & diutiſſime, proverbio quoque ſervato conſtitit: Verum dum artes ſcientiæ & vitæ commoditates penes eos effloreſcebant, fides decrevit, diſſidia diſſidiis cumulata ſunt & exitium totius Græciæ antegreſſum eſt. Quantam gloriam nacti ſunt Romani ex ſanctitate promiſſorum, quam tuebantur acerrime: quot documenta ſplendidiſſima Romanæ virtutis hac in parte poſteritati commendata eſſe legimus? Sed quo magis eorum potentia latius latiusque extendebatur, quo plures populos ſibi ſubiiciebant, eo mobilior reddebatur fides nec turpitudini ſibi ducebant, Græcorum Poenorumque mores hoc in vitio imitari. Quod non obſcure innuit LIVIVS & Epocham quaſi vacillantis fidei Romanæ *L. 42. c. 47.* conſtituit: *Marcius*, inquit, *& Attilius Romam quum veniſſent, Legationem in Capitolio ita renuntiarunt, ut nulla re magis gloriarentur, quam decepto per inducias & ſpem pacis rege --- Hæc ut ſumma ratione acta magna pars ſenatus approbabat: veteres & moris antiqui memores negabant ſe in ea legatione Romanas adgnoſcere artes. Non per inſidias & nocturna proelia nec ſimulatam fugam inprovifoſque ad incautum hoſtem reditus nec ut aſtis magis quam vera virtute gloriarentur bella majores geſſiſſe: indicere prius quam gerere ſolitos bella, denuntiare etiam, interdum locum finire, in quo dimicaturi eſſent: eadem fide indicatum Pyrrho regi medicum vitæ ejus inſidiantem: eadem Faliſcis vinctum traditum proditorem liberorum regis. Hæc romana eſſe, non verſutiarum Punicarum neque calliditatis Græcæ: apud quos fallere hoſtem, quam vi ſuperare glorioſius fuerit &c. Hæc ſeniores, quibus nova hæc minus placebat ſapientia: vicit tamen ea pars ſenatus, cui potior utilis quam honeſti cura erat.*

§. V.

§. V.

Quid quod etiam religio a populis ad perfidiam ſuadendam & colorandam magis magisque fuit adhibita. Si rationis dictamina tantum in ſubſidium vocemus, id vero conſentaneum eſſe videtur, populum metu ſummi numinis adductum eo feruentius ad pacta ſervanda impelli debere, quo ſanctius religioni eſt adſtrictus & quo evidentiores veritates circa Dei cultum ſibi reddidit cognitas. Stupida Gens, quæ ſtilo ſcripturæ S. ſine Deo eſt nec juſtam eius ideam ſibi format neque de legis contentis neque de ejus obligandi vi ſatis inſtructa eſſe poteſt, quum ipſum legislatorem ignoret. Quomodo ergo populus eius indoles ſibi perſuaderi poterit, legem de pactis ſervandis tanti eſſe momenti? quomodo fidei vinculis ſe conſtringi patietur, quando cum inſigni commodo ea ſolui poſſe videt. Verum enim vero experientia aliud teſtatur, quod nempe nationes, de quarum religione vix certi quid adſerere licet, longe firmius promiſſis ſuis ſteterint, quam populi clariore religionis lumine perfuſi. Provoco ad teſtimonia de *Hottentottis* & *Oſtiacis* §. 2. adlata, qui ipſis regibus populisque Chriſtianiſſimis pudorem excutere poſſunt. Quod quidem ad Chriſtianam religionem attinet, tantum abeſt, ut perfidiæ faveat, ut potius penitus eam deteſtetur & fugiendam eſſe graviſſimis inculcet argumentis: at vero, quod in opprobrium Chriſtianorum vergit, ejus principia nullo modo ſequi ſolent multæ Chriſtianarum nationum; quin potius ex ipſa ſua religione nefando abuſu arma pro tuenda perfidia quæſiverint, deſumſerint, veteribus incognita prorſus & ignorata. Nonne a propagatione Chriſtianæ religionis prætextus depromti ſunt, ad bella iis inferenda, quibus pax & federa publicis pactionibus promiſſa erant? Nonne ſupremo Romanorum Epiſcopo ſub religionis ſpecie poteſtas tributa eſt liberandi a pactis, quæ non ſine inſigni moleſtia ſervari poterant: de quo fraudulen-

to adminiculo VAIERIVS *T. II. opp. pag.* 315. judicat: *Un des grands palliatiſs, dont ils ont accoutumé de ſe ſervir, que les Anciens n' avoient point & qui cauſe par fois d' étranges ſcandales, c' eſt la diſpenſe, qu' ils ſe ſont donner de fauſſer les plus ſacrés ſermens que la religion puiſſe inventer.* Nonne ipſa praxi, licet inter dogmata religionis non fuerit receptum, promiſſa hæreticis facta irrita pronunciarunt fidemque ipſis ſervandam eſſe negarunt; ut alios colores perfidiæ prætermittam, quos ex religionis penu deſumſerunt. Cauſſæ diverſæ hic ſubeſſe ſolent: Nonnumquam enim Principes ambitionis œſtro perciti finium amplificandorum cupiditatem ipſi ſibi ſub colore amoris in religionem propagandam repræſentarunt & de zelo pro gloria Dei quaſi convicti nil niſi zelum pro ſua potentia & auctoritate promovenda exercuerunt. Alii porro plebi ſuperſtitioſæ fucum obducturi, pallio religionis uſi ſunt, ne perfidiæ ſpurcities primo intuitu in oculos incurrat. Clerus denique Romanus ad inſectanda ſua commoda neceſſarium duxit, excitare ſæpe numero populos, ad infringendam fidei pactorumque ſanctitatem, quæ obſtare videbantur ſuis deſideriis eumque in finem tela omnia ex religionis armamentario in uſus ſuos profaniſſimos convertit, ut perſuaderet credulæ plebi, ſe nihil agere, niſi quod ſui ſit officii.

## §. VI.

Non itaque admiratione dignum eſt, numquam defuiſſe populos Chriſtianos, qui fidei jacturam inter gentes fecerunt. De Gothis SALVIANVS quidem *Maſſilienſis de Gubern. Dei L. VII. p.* 273. judicat: *Gothorum perfida* (ſcil. natura) *ſed pudica eſt:* prout etiam SIDONIVS eos *Lib. VI. ep. 6. fædifragam* appellat *gentem.* vid. SAVARONEM *ad Sidonium* & RITTERSHVSIVM *in Salvianum ll. cc.* De Afris longe majorem adnotat perfidiam SALVIANVS: *in Afris,* inquit ibidem, *pene omnibus neſcio quid non malum, ſi accuſanda eſt inhumani-*

*manitas, inhumani ſunt: ſi ebrietas, ebrioſi ſunt: ſi falſitas, fallaciſſimi, ſi dolus fraudulentiſſimi, ſi cupiditas cupidiſſimi; ſi perfidia, perfidiſſimi.* Apud eumdem *L. IV. p.* 141. Gens Francorum infidelis dicitur: *num quid tam accuſabilis Francorum perfidia, quam noſtra .... ſi peieret Francus; quid novi faceret, qui perjurium ipſum ſermonis genus putat eſſe non criminis.* Sed SALVIANVS de iis loquitur, ut Ethnicis, qui legem & Deum neſciunt: licet ut verum fatear, Franco-Galli a priſtina indole non multum receſſerint, poſtquam etiam Chriſtiani facti ſunt. Nolo attingere ea quæ medio ævo in detrimentum bonæ fidei a Gallis factitata eſſe leguntur, quibus fallaciis Anglos ſæpe, Burgundos aliosque vicinos deceperint, quas artes docuerit LVDOVICVS XI. pactorum fidem commodis Imperii accommodandi & inſtar naſi cerei deflectendi: Recentiora referam: Dux Rothomagenſis in commentariis ſuis ad LVDOVICI XIII. tempora refert quod aula Gallica anno 1620. fidei renuntiare cœperit: *ce fut la que la Cour commenca de ſe moquer de l' obligation de tenir ſa parolle* vid. *Mem. du Comte de* BRIENNE *T.* I. *p.* 112. *in not.* At vero hæc intelligenda tantum ſunt de LVDOVICI XIII. regimine, non vero quod mala fides ante id tempus in pactis publicis Galliæ non apparuerit. Qualem enim FRANCISCVS I. ſe præſtiterit in eludendis pactis cum CAROLO V. initis vel ex iis conſtat, quæ MEZERAY *abregé de l' hiſt. de France T. IV. pag.* 543. *ſqq.* narrat. De temporibus CATHARINAE *de Medices* etiam ſatis notum eſſe arbitror, quod pactorum fide illuſerit omnibus, nec ab ejus indole filii CAROLVS IX. vel ſolis nuptiis Pariſienſibus horribilis & HENRICVS III. cui MACHIAVELLVS in deliciis erat longius receſſerunt, quemadmodum THVANVS, DAVILA, MEZERAY aliique fuſius enarrarunt. Ipſius HENRICI IV. fidem quam toties teſtatus eſt, ſub examen vocavit BAELIVS *T. V. des Rep. aux Queſt. d' un prov. c.* 4. *p.* 39. *ſi* HENRI IV. *pratiquoit auſſi bien la bonne foi, qu' il en connoiſſoit la*

*theorie*, nec exempla ei deſunt, quibus negativam potuit tueri. Noſtra tempora quam gentibus Europæis ideam excitarunt de fluxa Gallorum fide? Ad articulos pacis præliminares Vltrajecti a Gallo oblatos art. 17. reſpondebant federati 1712. Die Treu der Frantzoſen iſt gar was rares und ein ſolcher Vogel/ der in Franckreich/ wie bekandt/ nicht leichtlich zu ſehen und anzutreffen. FABRI Staats-Cantzley. *T.* 19. *p.* 789. *Quelle opinion*, inquit, *Abbé de* St. PIERRE *Diſcours ſur la Polyſynodie avant*: 20. *p.* 98. *le feu Roy a-t-il laiſſé de luy a ſes voiſins? N' ont ils pas crû, n' ont ils pas ecrit, qu' il etoit un voiſin facheux, ſans parole, injuſte & d' autant plus digne de leur haine, qu' il employoit plus de puiſſance a les ruiner.* Imperator ipſe in litteris ad ſtatus Belgii federati 1711. datis non ſemel fidei inconſtantiam Galliæ obiecit: unicum adferre liceat ex *Actes & Mem. de la Paix d' Vtrecht T. I. p.* 170. *ou bien d' une très mauvaiſe Paix, qui ne ſeroit ni aſſurée ni durable, qu' autant, qu' il plairoit a la France, comme ont été celles des Pirenées, d' Aix la Chapelle, de Nimégue, la Treve de* 20. *Ans & la Paix de Ryſwick, qui chaque fois & peu de temps après leur concluſion, ont été rompues par cette Couronne & n' ont ſervi, qu' a lui donner quelques repos pour retablir ſes forces & pour formor d' autres mauvais deſſeins & de nouvelles entrepriſes, contre quelques uns de ſes voiſins.* CAROLVS II. Rex hiſpaniæ in litteris ad INNOCENTIVM XII., qui pacis ineundæ ei dederat conſilium, graviſſime de eadem re ſcripſit: Wir können uns nicht enthalten/ Ew. Heiligkeit zu entdecken/ daß indem der König in Franckreich ſo gar keinen Frieden noch Stillſtandt hält und mit allen Fürſten in Europa die Tractaten gebrochen/ ſo er mit ihnen aufgerichtet hatte/ ſie ſich bemüßiget befunden/ eine *alliantz* unter ſich zu ſtifften zu ihrer ſelbſteigenen Vertheydigung und Sicherheit vermittelſt eines nohtwendigen Krieges.... FABRI Staats-Cantzlei *T.* 19. *p.* 778. Conf. etiam *Bouclier d' Etat* paſſim in primis c. 6. Poterat confiden-

 tius

tius hac de re loqui CAROLVS II. deſerverat enim veſtigia majorum, quibus eadem olim exprobrabat Europa, quæ ipſe nunc Galliæ obiiciebat. Et vetus & novus orbis Hiſpanorum crepabat perfidiam, quæ non tantum pactorum inconſtantia moleſtam ſe undique reddiderat, ſed violentiſſimis etiam, quæ eam comitabantur conſiliis horribilem, formidabilem omnibus ſe exhibebat. Editi ſunt anno 1665. *Memoires & inſtructions pour ſervir dans les negotiations & affaires concernant les Droits du Roi de France*, quorum auctor vel 25. articulis & exemplis malam Hiſpanorum fidem vel Auſtriacorum in Hiſpania edocere annititur adeoque recenſet p. 68. 78. ſqq. *les infractions faites par les Eſpagnols & Maiſon d' Auſtriche des Traités faits entre eux la France, ſes Alliés & pluſieurs princes d' Italie, Allemagne & autres.* Hæc tamen omnia mea non faciam, quum ab animo partibus infecto videantur proficiſci & Delio natatore opus habeant, ad perveſtiganda pactorum fundamenta. Neque opus eſſe videtur, eos Hiſpaniæ mores iſtius ſæculi operoſius demonſtrare, fatentur enim uno ore omnes tunc temporis gentes Europeæ, quam fluxa fuerit hiſpanorum inter gentes fides. Nec diſſimulavit FERDINANDVS *Catholicus* peſſimum fallendi artificium, de quo tamen Rege PHILIPPVS II. poſtmodum iudicabat: *C' eſt a ce Roy, que nous devons tout.* Vid. AMELOT DE LA HOVSSAYE in dedicatione *Gratiani oraculo ſive l' homme de cour* præfixa. FERDINANDVS enim audiens ex QVINTANA, qui ipſi erat ab epiſtolis, LVDOVICVM XII. Calliæ regem, ad quem miſſus fuerat, conqueſtum eſſe, quod duabus vicibus ab eo deceptus ſit, paululum meditabundus quæſivit: *combien de fois eſt ce, que Lovis dit, que je l' aye trompé: deux fois? Par Dieu, il en a menti l' yvrogne: car je l' ai trompé plus de dix fois.* WICQVEFORT *l' Ambaſſadeur p.* 100. GVNDLINGII *Otia T. I. p.* 68. Plura jam attuli ſupra Cap. I. §. 7. & BOCCALINI in *relationibus ſuis & lapide Lydio politico* non ſemel id vitium falſe pro

ſe pro more ſuo perfricavit. Quod autem & Hiſpania & Gallia per aliquot ſæcula notam malæ fidei incurrerint, ambitionis nimium æſtuantis impetus in culpa eſſe videtur, quo Monarchiæ univerſalis inſtitutum proſequendum ſibi ſumſerunt, quod cum bona fide ſubſiſtere nullo modo poteſt. Nam ut *Abbas* S. PETRI oſtendit *comm.* p. 126. *car en fin qu' elle voye ſeroit il obligé de prendre pour reüſſir, que de voyes de trahiſon contre ſes traites.* Loquitur autem de Conqueſtore monarchiæ univerſalis. De Belgis auctor *de la religion des Hollandois*, quem STVPPAM præfectum militarem Gallica ſtipendia circa finem ſæculi præterlapſi merentem eſſe novimus, audentius p. 150. adſerit: *Les Hollandois n' ont iamais executé aucun traité lors qu' ils ont trouvé leur compte a le violer:* Verum vox eſt hominis privati aura Gallica infecti, non fuit umquam vox gentium, & licet Angli nonnumquam cauſſam habuerint de pactis Batavorum non ſervatis conquerendi, rariora tamen fuere exempla, quam ut fidem Belgarum inter gentes dubiam reddere potuerint. Genuenſis Reſpublica a nonnullis inconſtantiſſimæ fidei incuſatur: Nititur eius robur maximam partem commerciis, quibus Genuates omnes lucrum avidiſſime inſectantur, cujus cupiditas fidei datæ immemor eſſe ſolet: inde non tantum italorum proverbium obtinuit: *Genoveſe moro batte ſatto:* ſed etiam alio dicterio iſta ſententia confirmata, Genuenſium mare piſcibus, montes ligno, viros fide, feminas verecundia deſtitui. Vid. HVGVETAN *nouveau voiage d' italie p.* 16. OLDENBVRGERI *Theſaur. rerump. P. 3. p.* 100. Eadem vitia iis tribuit auctor *de l' Eſpion dans les Cours des Princes Chretiens T. VI. p.* 272. ubi duriorem reſponſionem Regis cujusdam Galliæ addit, qui nobili Genuenſi dicenti, Genuates ſe regis tutelæ ſubiicere velle, iracunde reſpondit: *qu' ils ſe mettent ſous la protection du Diable: ie ne veux point avoir affaire avec des gens, qui ſont plus chancelans, que les vagues de la mer.* De Sabaudiæ principibus ſuperiorum

 ſæcu-

ſæculorum nihil dicam, qui frequenti pactorum in conſtantia malæ fidei ignominiam ſibi contraxerunt, quod luculenter ex epiſtolis *Cardinalis* OSSATI patet, qui hinc & inde de perfidia ducis Sabaudi conqueritur: in primis *T. IV. ep.* 259. ubi & notula AMELOTTI *de la Houſſaye* notanda & *T. V. p.* 179. *ſq.* Conf. *Mem. du Duc* de SULLI *T. I. p.* 443. *du Comte* de BRIENNE *T.* 2. *p.* 42. *in not.* VASSOR *hiſt. de Louis XIII. T.* 1. *L.* 2. *p.* 131. *L.* 4. *p.* 408. De Ruſſorum fide in commerciis & negotiationibus privatorum ſcriptores fere omnes male ſentiunt, uti videre licet ex ſcriptis & itinerariis CARLISLE, MAIERBERGII, PETREII aliorumque. Noſtris etiam temporibus Anglus quidam PERRY idem repetiit, & in Hiſtoriſchen Staat von Rußland *p.* 343. recenſitis variis malæ fidei documentis tandem addit: Sie bekümmern ſich auch ſo wenig um ihre *Parole* und haben ſo einen ſchlechten Begriff davon / was Ehr und Redlichkeit eigentlich im *Receſs* hat / daß ſich nicht einmal ein Wort in ihrer Sprache findet / wodurch dieſelbe ausgedrücket wird. Subſcribendum tamen eſſe puto correctioni interpretis Germani hujus libri, qui eadem pagina ſubiicit, auctorem Anglum odio aliquid dediſſe nec omnes Ruſſorum hujus vitii eſſe iucuſandos, quum ipſi Ruſſorum nonnulli integerrimæ fidei innotuerint. Nec exempla illuſtria deſunt, quæ ſatis oſtendunt, quod cum moribus priſtinorum ſæculorum Ruſſi cultiores etiam malam fidem exuerint: cui & addendum arbitror, quod recentiora nos edoceant tempora, Ruſſos non facile a pactis ſemel initis receſſiſſe adeoque fide inter gentes nondum cecidiſſe.

## §. VII.

Quoniam igitur gentes undique a ſimplicitate & integritate promiſſorum aberrarunt iisdemque elidendis varia nomina invenerunt, factum eſt, ut, quo cultior gens fuerit, eo minus verbis ſolis alterius gentis fidem adhibuerit & ſanctioribus

bus vinculis ea confirmari curaverit. Recte enim hanc in rem Comes de BRIENNE reſpondit SERVIANO Galliæ quondam ſtatus adminiſtro; *Vous vou lés, que les Princes traitent entr' eux ſur la foi des Gentils hommes: mais les perſonnes prudentes & eclairées veulent de plus grandes aſſûrances. Mem. du Comte de* BRIENNE *T. 3. p.* 208. Quid quod propter tot vinculorum additamenta & conſuetudines in eam ſæpe venerint ſententiam, nuda promiſſa ore tantum facta non obligare, ſed chirographis aliisque fortioribus conſenſus ſignis opus eſſe, quod Angli ſubgerebant reginæ ELISABETHAE, quum Scotis nonnullis pro patriæ libertate dimicantibus vitæ venia bonorumque reſtitutio promiſſa eſſent: *on allegua, qu' on ne leur avoit rien promis par ecrit & qu' ils n' avoient, qu' une ſimple parole, laquelle on n' etoit pas obligé de tenir. Mem. de* MELVIL *T. 2. p.* 380. Vt vero eo arctius pacta inita firmarent gentes, quidquid ſanctum habuerunt, iis adjectum vel ſuperadditum eſt: unde tot varii ritus firmandorum federum vel pacis roborandæ pro diverſitate religionis apud gentes uſitatæ invaluerunt. Modo animalia in ſacrificium offerenda ad idolorum ſuorum templa adduxerunt & dira obſecratione precati ſunt, ut ſi quis eorum federa violaſſet aut illa ſciens falleret, ita illum Dii ferirent, quemadmodum ſacerdotes hæc animalia percuterent. Modo ferreos orbes igne candentes in mare dejecerunt adjurantes, ut ita exſtinguerentur cum omni ſtirpe & gente, qui contra fedus irent, velut orbes illi igniti aqua. Modo mutuum ſanguinem guſtarunt, unius quaſi animi in pacto ſervando ſignum: modo poculis mutuis & amicis vino ſacro vel ſanguine permixto impletis robur iis adjici putarunt: modo apud altaria complexi dextras tamquam diis teſtibus & arbitris, poſtquam ſacra libaſſent, pacta polliceri ſolebant. Modo pignora, modo jurisjurandi ſollemnes formulas pactis ſuperaddiderunt, quales ritus multis ſcriptores ab omni antiquitate uſurpatos diligenter recenſuerunt, in-

ter

ter quos ALEX. AB ALEXANDRO *genial. dier. L. V. c.* 3. CAMERARIVS *Medit. hiſtor. cent.* 2. *c.* 78. BESOLDVS *de Iure federum c.* 6. legi meretur. His tamen cærimoniis non innixa eſt pactorum fides, quaſi ea exinde tantum ſuam caperent obligandi vim: in ipſa enim promiſſione, in ipſo conſenſu ſatis eſt efficaciæ, cui majoris religionis cauſſa & ut ſignificantius declaretur, ejusmodi ritus adjungi ſolent. Male itaque inter gentes ea defenditur ſententia, pacta ſola non obligare, niſi jurisjurandi formulis vel aliis ritibus firmata fuerint: gentes enim, ſi abſolute ſpectentur, ſolo jure naturæ obligantur, quod cærimonias confirmandi cauſſa inventas ignorat. Vbi tamen ii caſus excipiendi ſunt, quando aliquæ gentes inter ſe perpetua conſuetudine ſanciverunt, ut pacta non rite firmata eſſe judicentur vel vis obligandi eorum ſuſpenſa eousque maneat, donec certis adjectis cærimoniis publice confirmentur: quod jus gentium hypotheticum ex ſingularibus pactis gentium vel tacitis vel expreſſis dependet, neque ad omnes in univerſum trahi poteſt.

## §. VIII.

Diffidentia etiam inter gentes magis magisque aucta fuit adeoque fides pactorum eo ſignificantiora conſenſus ſigna poſtulavit, quo magis dogmata publice diſſeminari & in elegantiorem aulicorum hominum litteraturam transferri cœperunt, quibus non tantum argumentis coloratis Principes a fide ſervanda abſolvuntur, ſed prætextus ſubtiliores ſuppeditantur, ab iis pro lubitu commode reſiliendi. Quidquid MACHIAVELLVS per ironiam Principi ſuo ſuaſit, id ſerio ſibi dictum eſſe multi volunt, promiſſa non eſſe ſervanda, quæ ſuis commodis contraria videat princeps, præſertim quum numquam defuturæ ſint cauſſæ, quibus violatæ jam fidei fucum inducat. MACHIAVELLVS *de Principe c. XIIX.* Non deſunt inter eos, qui a Societate Jeſu nomen habent,

qui non tantum aperte propugnant, promiſſa non eſſe ſervanda, modo intentio vel animus promittendi vel exſequendi in paciſcente non adfuerit, ſed etiam amphiboliis pactorum fidem excutiunt, id quod pluribus ſcriptorum ipſorum teſtimoniis ANTONIVS ARNALDVS probavit in libro *La morale des Ieſuites T. I. p.* 124. *ſqq.* LE VASSOR *hiſt. de Louis XIII. T.* I. *L.* 4 *p.* 432. nec obſcure iis exprobrant *Les Lettres de Files Moritz* 1718. editæ paſſim, ut & MONTALTII *Epiſtolæ Provinciales* & qui ad easdem commentati ſunt. Nuper etiam anno 1720. ſtatus Evangelici Romani Imperii in litteris ad Cæſarem datis: Allerunterthänigſtes Vorſtellungs-Schreiben *p.* II. diſerte teſtatur: als die Römiſche Cleriſey und darunter ſonder die *Ieſuit*er durch die Gewald / ſo dieſe letztebey verſchiedenen Höffen an ſich gezogen / zu denen jetzigen Verdrießlichkeiten den gröſſeſten Anlaß gegeben und durch ihre gantz verdorbene *Morale*, welche ſo weit gehet / daß gekrönte Häupter ihr Leben nicht einmal in Sicherheit behalten können / ſie auch aus vielen Ländern verjagt zu werden verdienet haben / erſt der Jugend und hernach ſelbſt Regenten / denen die von GOtt Euer Käyſerl. Majeſtät verliehene allerhöchſte Erleuchtung nicht beywohnet / auch inſonderheit beybringen / daß man *pacta & bonam fidem* zu *agnoſcir*en ſich im Gewiſſen eben nicht verbunden befinde / ſondern *ad prætenſam majorem Dei gloriam & Eccleſiæ incrementum* wol gegen die von ihnen ſo genannte Ketzer freyein könne. Conf. SCHVRTZFLEISCH *Diſſ. hiſt. P. I. n.* 51. *p.* 82. *ſqq.* ubi de concilii Conſtantienſis decreto diſpicit. BAYLE *reponſ. aux qu. T. I. c.* 8. 9. *p.* 48. Latius quandoque ſerpit hoc venenum apud gentes etiam ſine magiſtro, qui fucos doceat perfidiæ obducendos: non enim tantum in nomine Domini incipit hocce malum, a maiore Dei gloria, ab incremento eccleſiæ, ab hæreſi exſtirpanda, a iure puniendi aliam gentem, quod Deum atrocioribus peccatis offenderit,



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-172506-p0079-5

petuntur argumenta contraveniendi pactis ſanctisſime firmatis, ſed etiam alii ſubſunt tituli, ad perfidiam excuſandam. Modo pacta cum tota republica vel gente inita, & quæ realia dicuntur, in perſonalia commutantur & cum morte Principis, qui reipublicæ tunc temporis præfuerat, exſpirare iactitantur. Modo ſalus populi tamquam ſuprema lex perfidiæ lædendi cupiditati prætexitur: modo ad ſtatuum regni & provinciæ diſſenſum provocatur, quorum alia occaſione vix ulla haberi ſolet ratio: modo animus obligandi, promittendi, exſequendi abfuiſſe dicitur, quaſi adeſſe non debuiſſet: modo principes iure adeo abſoluto imperare finguntur, ut etiam de pactorum fide, non tantum cum civibus ſubditis, ſed etiam cum aliis gentibus, quum res ad cives ſpectare videatur, pro lubitu ſtatuere queant neque eidem iuri immediate a Deo deducto ullis pactis renuntiare iis liceat. Modo ad MACHIAVELLI philoſophiam fides habetur in rebus imposſibilibus & excuſatur perfidia quod evitari nequeat. PETRUS BAELIUS, ut in aliis liberius, quam par eſt, philoſophatus fuit ita quoque hac in parte doctrinam male ſanam propoſuit *Reponſe aux queſt: d' un prov. T. V. p.* 48.49. *Il ne pouvoit donc*, inquit de HENRICO IV. Galliæ rege, *remplir les fonctions de la Royauté ſans oppoſer ruſe a ruſe, intrigue a intrigue, machination a machination: car a moins d' un miracle les ſocietés humaines ne ſcauroient ſe conſerver contre des voiſins puisſans, ambitieux & artificieux, ſi elles ſont gouvernées par des gens qui negligent la politique du monde* (per quam intelligit fraudes, machinationes, malam fidem) *pour ne s' attacher qu' aux regles de la morale* & paulo poſt *L' ingenuité*, pergit, *ou l' harmonie conſtante des paroles & des penſées, qui eſt l' un des caractéres des predeſtinéz, n' eſt pas compatible avec le Gouvernement des peuples.* Nonne hæc, quæ MACHIAVELLUS vix crasſius eloquutus eſt, eiusdem ſunt furfuris, quam quæ miniſter quidam in concilio ceterorum conſiliariorum cuidam admonenti, conſilium adverſari honori & voluntati Dei, reſpondit: *taceat in politicis Deus!* V. BESSELI *fabrum*

*brum fortunæ politicæ Mon. l. p. 5.* Vel denique ad commune fraudum publicar. inſtrumentum recurrunt, ad iniquam pactorum interpretationem, quæ tamen ſecundum Jus naturæ & gentium non uni paciſcentium parti, ſed omnibus competit, ſi dubium vel lis de eorum ſenſu ſuboriatur. Vnde orbis politicus non habet, quod orbi litterato logomachias exprobret: longe maiores & atrociores, futiliores ſæpe logomachiæ exoriuntur in foro politico, ſed longe funeſtius deciduntur, quum plus ſanguinis, quam atramenti in iis delendis adhiberi ſoleat. Quibus tamen ne quidem privatum multo minus principes & respublicas decet locum relinquere & ſemper reponendum eſſe arbitror, quod MAVRITIVS Elector Saxoniæ CAROLO V. ex miniſtrorum ſuggeſtione ſubtiles quasdam interpretationes contra Landgravii Haſſiæ liberationem adferenti regeſſit: *at ego te tamquam Imperatorem non tamquam legiſtam pactiones & federa interpretari volo.* Vid. AMELOT. *de la Houſſaie Diſcours hiſtorique ſur le traités des Princes p. 3.* MÜLLERI *Diſſ. de fide principum jurejurando pari Ienæ* 1704. *hab.* Qui modi fallaciarum politicarum omnes exemplis recentioribus illuſtrandi & ex fontibus Juris gentium ſolidius refutandi animus fuit, excreſcente tamen diſſertationis materia, iſto labore ſuperſedere debemus.

## §. IX.

Aurea ſane verba ſunt & marmore digna, quæ ELISABETHA regina regi Scotiæ Juveni JACOBO VI. perſcripſit: *Je ſouhaiterois fort: que parmi les etudes ou vous appliqués, vous n' oubliaſſiez pas la ſentence d' Iſocrate, qui dit a ſon Empereur, qu' il devoit faire plus d' Etat de ſa parole, que les autres n' en ſont de leurs ſermens & que tous les Diamans, qu' il portoit a ſa couronne, n' etoient pas capables de lui donner tant de luſtre, que la bonne foi lui pouvoit acquerir de gloire & de reputation. Ie vous donne ce conſeil, parce que j' entends que vous vous laiſſes conduire par de mechants conſeillers, qui vous engagent dans des routes fort dangereuſes & vous detournent du*

*droit chemin. Memoir.* de MELVIL *T.* 2. *p.* 437. Omnino viæ, quæ a bona fide aberrant, in ſumma pericula deducunt & amfractus habent impeditos & in eluctabiles. Sub initium quidem fraus & perfidia gentis unum vel alterum commodum ſubminiſtrat, ſed vere incommodum, propter mala ingentia, quæ poſt ſe trahit. Provocat quidem MACHIAVELLVS ad ALEXANDRI VI. exemplum, qui nihil quam hominem deceptorem egit, nihil quam ad omnem malitiam & fraudem mentem ſuam exercuit, nihilo ſecius dolos ei numquam non commode ceſſiſſe: ſed CONRINGIVS noſter *notis ad Mach. c.* 18. §. 7. *p.* 199. recte monuit, ALEXANDRVM Sextum omnia ad voluntatem ſuam egiſſe, non tam propter artem fallendi, quam ob inſignem potentiam & vim, qua omnes conterrebat: eoque, ſimulac obiit, latens hactenus illud omnium odium quaſi ruptis catenis libertate adſerta in defuncti Papæ & filii illius res furore quodam eſſe debacchatum ipſummet etiam Papam violenta morte ſingulari divina vindicta periiſſe. Nihil profecto ſtabile eſt, quod perfidiæ ſuperſtruitur: fundamenta nimis ſunt lubrica, arenacea, carioſa. Graphice de eo judicat auctor *des lettres de Filtz Moritz p.* 68. *cette methode de regner ne va, qu' a diffamer les Rois & a rendre les peuples malheureux.* Quando enim populus ſemel a fide receſſit vicinisque perfidia ſua injuriam intulit, alienos a ſe reddit populorum animos, ut ad voluntatem nocendi effundendam occaſionem tantum opportunam exſpectent. Si pergat federa pactaque cum aliis ſusque deque habere urgetur vindictæ odiique cupiditas, undeque colliguntur vires, federatorum conquiruntur auxilia, ut ferocienti perfidiæ inſidioſæ gentis in tempore obicem ponant. Si nova pacta ab ea afferantur vel petantur, ceteræ gentes vix exorari ſe ſinunt vel firmamentis longe ſecurioribus, quam verbis chartisque pacta muniri poſtulant, illi ſæpe moleſtiſſimis. Vel tandem ſi fraudis finem non faciat, omnes conjunctim in eum debacchantur, vires omnes intentant, ut ejus potentia in arctiores

can-

cancellos redigatur, viresque ejus ita accidantur, ut in poſterum pacta publica impune frangere nequeat. In epiſtolis Gallicis ficti MAVRITII Angli, quæ Pariſiis permiſſu ſuperiorum prodiiſſe creduntur, reſpondetur ad ſuaſiones eorum, qui PHILIPPVM V. renuntiationis pactis non obligari venditabant: *Il regarderond* PHILIPPE V. *comme un Prince avec lequel il eſt inutile de faire des Traités. Que deviennent des Traités ſi ſolemnels? a quoi aboutiſſent les meſures, qu' on a priſes de part & d' autre, pour maintenir cette paix, dont tous les peuples ont egalement beſoin? Ceux qui ont traitté avec* PHILIPPE V. *jugeroient, que le meilleur parti, qu' ils puſſent prendre, ſeroit de l' environner continuellement de leurs armes, pour ne lui laiſſer pas la liberté de manquer a ſa parole. Lettres de* FILTZ MORITZ *p.* 67. 83. Hæc omnia poſtremo loco experta eſt Gallia perfidiæ frequentis a tot gentibus incuſata: heu! quis fructus tot victoriarum, tot bellorum, tantæ perfidiæ, ubi ut LIVII verbis utar nihil veri, nihil ſancti, nulli Dei metus, nullum jusjurandum, nulla religio? nonne odium univerſale, regni deſolatio, internecio civium & paupertas, mercaturæ peſtis, aeris alieni onus incredibile & intra priſtinos limites miſeria undique perfuſos triſtis & inglorius receſſus? Ipſe CAROLVS II. in litteris ad INNOCENTIVM XII. negabat, cum Gallia ulterius pactis ullis vix locum eſſe: Weil dis alles unlaugbahr iſt / wie kan man denn / heiliger Vater / auf einigerley Weiſe *tractiren* / ehe die Macht deſſen geſchwächet / bey welchen weder die Religion / die Gerechtigkeit / die Treu noch der Eyd etwas gilt und vermag. FABRI Staatsk. *T.* 19. *p.* 778. Ipſa tamen hæc Gallia anno 1660. ſine ſtrictioribus & firmioribus vinculis cum Belgis federa inire nolebat, quod reſciſſis pactis antiquioribus illorum verbis fides haberi non poſſet: *Le premier Miniſtre inſpiroit au Roi de leur demander une ſeureté réelle, que les Etats promettroient & obſerveroient: preſupoſant, qu' ils avoient contrevenu aux anciens traités & que l' on ne pouvoit en faire de nouveaux ſur leur parole. Mem. du comte de* BRIENNE *T.* 3. *p.* 233.

*p.* 233. *ſq.* Quid cogitandum eſſe putas de Clero Romano in Germania noſtra, cui nihil adeo firmum, ſanctum & a toto imperio firmatum opponi poteſt, quod non concutere, explodere, irritumque reddere adlaboret, ut modo odio plusquam vatiniano in Proteſtantes ſatisfaciat turbasque internecinas ciere poſſit. Quibus adminiculis coercenda erit ejus ferocia, quæ legibus nullis imperii civilis teneri, nullis Imperatoris mandatis ſe obſtringi impudentius adfirmat. FRANCISCVS *Sickingenſis*, ſtrenuus vir, inſigni animi robore præditus, jam ſuo tempore fortiora remedia circumſpexit: ſcribit enim in conſilio quodam apud LVNIGIVM in Staats-*Conſiliis P. II. p.* 287. Die *Jeſuiten* ſind bey Aufrichtung voriges Religions-Friedens nicht geweſen / jetzo haben ſie in allen *conſiliis* die Hände bey dem Papier und weilen ſie das *æquivociren* wol gelernet / vor eine ſonderliche groſſe Kunſt / männiglich / auch ihre eigene Geiſtlichen und Läyen damit zu betriegen / geſchweige Ketzer damit zu gefähren / halten / wie will man denn *in concipiendo* eines *Univerſal*-Friedens ſich vergewiſſern / daß er aufrichtig verfaſſet und da ſolches nicht geſchiehet / unverbrüchlig und alſo ewig währrend ſolle gehalten werden. Iſt alſo vergeblich einen verbrieffeten geſchriebenen Vertrag / Frieden und *Caution* zu haben / man muß ein ander *genus cautionis* auch einmahl verſuchen und *probiren* / ob die Päbſtler alsdenn Friede halten / wenn ihnen Land und Leute genommen ſind. Sed ſpiritus pacis, quo Evangelici feruntur & atroces Cleri Romani injurias æquiſſimis animis adhuc tulerunt, non admiſit hactenus bellica remedia, inprimis, quum CAROLI VI. imperatoris glorioſiſſimi juſtitia incomparabilis ſpem omnibus injiciat, fore ut brevi viis a toto imperio conſtitutis, ferocientis Cleri petulantia acrius reprimatur & pax religioſa undique ſervetur. Fiat juſtitia & pereat Romanus in Germania Spiritus!

## CAP. IV.

# DE FIDE MERCATORIA GENTIVM ET RERVMPVBLICARVM.

### SVMMARIA.

*§. 1. notat fidem mercatoriam & opinione ſecuritatis pecuniæ concreditæ inniti & facilitate eam recuperandi, neque opus habere pignore vel hypotheca. §. 2. apud gentes veteres etiam uſitatam. §. 3. de diſtinctionibus nonnullis huius fidei agit. §. 4. num omnes reſpublicæ ea gaudere queant, diſquirit. §. 5. oſtendit maximi momenti rem eſſe in quavis civitate. §. 6. Quibus adminiculis comparetur & ſuſtineatur, ubi de menſis argentariis nationis, de ærariis & fide publica ordinum provincialium agitur. §. 7. de promiſſorum promta expletione & de iuſtitia celeri & parata exponit.*

### §. I.

Supra iam monui fidem mercatorium eſſe opinionem ſecuritatis pecuniæ concreditæ & facilitatis, eam ſtato tempore promte recuperandi. FVQVETVS, famoſus ille ærarii regii ſummus præfectus ſub finem regiminis Mazariniani in Gallia egregie hanc materiam in defenſione ſua ampliſſima hinc & inde illuſtrat, quæ tredecim tomis *in forma* 12. *anno* 1665. *Pariſiis* edita eſt. Mox depingit ſtatum Gallicum fide omni carentem, mox adminicula exhibet fidei comparandæ, mox fraudes & machinationes recenſet, quibus tribuni rei numariæ & quæſtores pecuniam publicam in ſuos loculos trahunt ipſumque Principem defraudant. Ille ipſe *Tom. V. p.* 250. theſaurariis regiis fidem ab iis adhibitam fuiſſe ait, *qui croyoient mettre ſeurement leur argent & le retirer avec facilité:* quæ verba ipſam fidem mercatoriam innuunt & deſcribunt. Nititur hæc fides mercatoria partim fiducia de ſufficientia

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-172506-p0085-5
DFG

entia bonorum alterius concepta ad ſolvendum debitum partim fide potiſſimum morali & promiſſi conſtantia quæ apud debitorem adeo firmo creditur eſſe talo, ut ſtata hora creditor pecuniam concreditam certiſſime recepturus ſit neque ullus dubitandi locus de eo relinquatur. Fides itaque hæc duplex eſt, ea quæ credit alteri pecuniam & fides qua recipitur ſolviturque pecunia aliena. Hæc illius fundamentum eſt neque fides *mercantilis* ulli umquam adhibebitur, niſi qui acerrime & ſine ulla mora ſervet promiſſum. Vnde FVQVETVS MAZARINO de fidei redintegratione hæſitanti dixit: *il faut ſur tout s' établir la reputation d' une ſeureté de paroles ſi inviolable, qu' on ne croye pas même courir aucun danger. Defenſes de Mr.* FOVQVET *T.* 2. *p.* 67. Mercatoriam eam dicimus, non quod mercatorem tantum deceat, ſed quod ob inſignem negotiandi commoditatem in mercatura ſit frequentisſima, immo vero ſumme neceſſaria, ut ea ſuperſedere nequeant mercatores alicujus momenti. Sola vero promisſione innixa eſt, non pignora, non hypothecas requirit: cui cumque enim non credimus, niſi dato pignore, is profecto fide caret & maior pignoris apud nos eſt auctoritas, quam ejus promisſi. Apposite ſatis hæc illuſtrat BECHERVS, in inveniendis novis rerumpublicarum commodis audaculus quidem nimium & incautus, laude tamen ſua non defraudandus, licet in multis rem acu non tetigerit: Is in libro von auf- und abnehmen der Städte und *Republique*n *p.* 699. ita eamdem rem exponit: Wenn mir einer nichts leyhen will/ ich gebe ihm dann ein Unterpfand/ *Caution* oder *Real*-Verſicherung/ ſo habe ich bey einem ſolchem *Creditore* wenig *Credit* und iſt das Geld ſo er mir leyhet/ zumal/ ſo das Unterpfand mehr wehrt iſt/ vielmehr ein Verſetztes/ als ein *creditirt*es Geld. Der rechtſchaffene *Credit* aber trauet ohne Unterpfand/ ohne *Caution* oder *Aſſecuration* und *fundir*t ſich bloß allein auf die ehrliche *Parole* des *Debitoris:* derentwegen auch ein ſolcher *Credit* in Holland wehrter

iſt

iſt als Geld. Denn ſo bald man in Holland von Verſetzung einiger Unterpfänder ſpricht/ ſo iſt es ſchon ein Zeichen/ daß man keinen *Credit* habe. Ja viel Leute ſeyn/ welche Geld genung haben/ aber keinen *Credit*, weil nemlich Geld haben und *parole* halten zweyerley ſeyd. Wie es wol ſeyn kan/ daß ein Kauffmann viel Geld habe aber dennoch in der *parole* und *Credit* betrüglich ſey/ derentwegen ein ſolcher wol vor baar Geld/ aber nicht auf *Credit* handeln kan. = = = Iſt daher ein anders/ Geld in Holland *anticipiren* auf *Civil-Credit*, ein anders auf Kauffmanns-*Credit*: In *Civil-Credit* müſſen *hypothequen* oder anderwärtige *Caution* ſeyn und lauffen die *Intereſſen* höher; In Kauffmanns-*Credit* aber wird allein erfordert die Kundſchafft und Redligkeit und bey ſolchem lauffen die *Intereſſen* geringer.

## §. II.

Creſcentibus commerciis, divitiis, neceſſitatibus gentium, invaluit demum fides hæc mercatoria. Facies enim rerum in primordiis rerumpublicarum & poſita ſimplicitate hominum ea non erat, ut gens genti multum bonorum vel concredere potuerit vel voluerit: ſiquidem commercia ſub initium permutatione rerum præſentiſſima & parata plerumque peragebantur nec æraria gentium veterum tanti ut plurimum erant momenti, ut præter neceſſitates ſuæ reipublicæ aliarum nationum pauperiem mutuis bonis vel pecuniis ſuſtentare potuiſſent: quid quod mutuationis & verſuræ rationes cum mercaturæ incrementis demum innotuerint & magis in privatis mercatorum negotiis locum invenerint, quam ut publica gentium fide in uſum fuerint deducta. Non tamen deſunt exempla vetuſtiora, quod etiam gens genti fidem in bonis mutuo concredendis adhibuerit, quæ de Lacedæmoniis, Athenienſibus, Lydiorum principe CROESO, Romanis aliisque adduci poſſent, niſi vela nobis eſſent contrahenda. Optarem, HVETIVM, qui de origine &

progreſſu commerciorum ſcripſit, diligentius modum etiam commerciorum reſpexiſſe, cujus vix veſtigia quædam in libro citato apparent, quum tamen multa notatu digna apud veteres circa hanc materiam occurrant nec forte inutile foret, hiſtoriam (des Finantz Weſens) publicorum ærariorum publicæque fidei gentium pertexere, quam tantum non intactam hactenus a KLOCKIO, BESOLDO, PELLERO, aliis fuiſſe novimus.

§. III.

Si vero animum ad reſpublicas attendamus, fidem hanc varia ratione iis competere poſſe videmus. Diſpeſci primo loco poteſt in *abſolutam* & *hypotheticam:* illa ſolo verbo & promiſſo abſolvitur & hujus loci potiſſimum eſt: mercatores enim non opus habent aliis firmamentis, quam ſola promiſſione, cui fides certiſſima adhibetur. Hæc eſt, quæ aliis conditionibus pignorum hypothecarum &c. firmatur; quæ BECCHERO ſupra der *Civil-Credit* dicitur: ubi pignori magis & bonis pacto adjectis, quam debitori creditur: manus ibi creditoris oculatæ ſunt, credunt, quod vident. Nonnumquam utraque conjungitur, ubi quidem fides certa bonorum hypotheca fundatur, ut in commerciis futuris fidem abſolutam ubivis progignere poſſit: cujus rei exemplum occurrit in Regni Poloniæ ærario publilo Lipſienſi, quod *Banco de Depoſiti* appellatur & anno 1698. his fundamentis conſtitutum eſt: Weil bey einem jeden *Creditor*en / der ſein Geld gegen Verzinſung *a depoſito* darzuſchieſſen geſonnen iſt / die erſte Frage waltet / was vor *ſecurit*ät ſeines Darlehns und *Credits* halber er haben und erlangen möge? So haben allerhöchſtgedachte Königl. Maj. die *Aſſecuration* auf zwo *Million*en oder ein hundert und 20000. Rthl. dergeſtalt geſtellet ꝛc. Verba ſunt regiæ declarationis in MARPERGER von *Banqu*en *p.* 258. Vnde *p.* 267. dicuntur *Credit Regal*ien-Stücken. Alia populi fides *publica* eſt, alia *privata:* illa totum corpus populi ſpectat & rempublicam,

cam, hæc privatorum eſt: privata etiam vel ſingulorum civium vel ſocietatum in republica conſtitutarum eſſe ſolet. Nos de publica gentis fide hic diſpicimus, quæ firmiſſima ſæpe eſt, licet privatorum in republica fides vacillare poſſit. *Immanens* etiam dici poteſt vel *tranſiens:* illa dicitur, quam respublica vel ſummus imperans penes cives ſuos habet: hæc vero apud exteros floret. Illa ſæpe gaudere licet Principi, ubi hæc periit penitus & indies evaneſcit. Collegium Georgianum reipublicæ Genuenſis, a domo S. Georgii, ita dictum, fide immanente vel maxime gaudet: Solet eas, quas trientibus aut ad ſummum ſemiſſibus uſuris pecunias accipit, principibus exteris ac mercatori, ſed graviſſimis uſuris fænerari. Privati quincunces uſuras ſine ullo periculo ſortis Georgiano collegio credere malunt, quam a privatis, qui ſæpiſſime foro cedunt vel fortunarum jacturam patiuntur, uſuram accipere graviorem: nam collegium illud bona fide uſuras ſua quaque die ſine mora diſſolvit fidemque publicam hac ratione tuetur. Vid. BODINVM *de republ. L. 6. c. 2. p.* 981. FVQVETVS multoties oſtendit, per pravam ærarii adminiſtrationem fidem immanentem regis Ludovici XIV. peſſundatam fuiſſe, quando ipſe eius negotiis fuerat admotus: *tomo II. ſuæ defenſionis* ait *pag.* 63. *perſonne ne vouloit faire des avances ſur* 1657. *les termes du rembourſement étant trop eloignés. D' ailleurs le credit etoit ceſſé.* &c. repetit deinde *tomo III. p.* 37. *ne Banqueroute peu judicieuſe avoit ruiné le credit du Roy & oté le pouvoir & la volonté a ſes ſuiets de le ſecourir.* item *tomo V. pag.* 295. *Sa Majeſté n' avoit point d' argent ni de credit.* HENRICVS IV. rex Galliæ bellum contra Hiſpaniam paraturus pecunia ad illud gerendum indigebat: fidem ergo ſuam, qua nihil carius ſe habere dicebat, apud proceres interpoſuit, ut ſibi pecuniam mutuam darent, *a fin qu' ils doutaſſent moins il leur en donnoit abondant ſa foy & ſa parole, a la quelle il aimeroit mieux mourir, que de manquer. Mem. du Duc de* SVLLY *T. I. p.* 352. Fide ergo immanente non erat deſtitutus, transeunte autem



non

non ubivis gaviſus eſt, quod vel illo exemplo patet, quod ſupra c. I. §. 4. adduxi: patet enim Ducem Florentinum ſolis promisſis regis noluiſſe credere, ſed fideiuſſores ex proceribus regni poſtulaſſe. Prout etiam formæ reipublicæ differunt, fides diverſimode ſpectari poteſt: in regnis abſolutis, ubi civibus nulla libertas circa negotia imperii, ſed ſola obſequii gloria relicta eſt, vel ubi princeps omnia in patrimonio habere videtur, fides principis & reipublicæ ſunt unum idemque nec in gentium negotiis a ſe invicem diſcerni poſſunt nec debent: tota enim respublica in principe reſidet eiusque nutu conſtat & arbitrio. Sed in redus publicis limitatis, vel iis quæ vulgo mixta dicuntur imperia, fides principis integra eſſe poteſt, quando reipublicæ fides fluctuat & tantum non ad internecionem redacta eſt: ibi enim populus peculiaria ſibi reſervavit iura, peculiaria bona & ærarium reipublicæ, ab ærario principis eſt diſtinctum: fides itaque rationis & reipublicæ differt a fide principis, id quod exemplo Poloniæ, Angliæ, Sueciæ facile illuſtrari poteſt. In Anglia REX potentisſimus, amor & deliciæ ſæculi noſtri publica oratione anno 1716. ſpem facere iusſit firmisſimam, *de porter le credit & la gloire de la nation a un ſi haut degré.* Excitat porro menſe Martio 1717. nationis ſuæ proceres, ut ad augendam nationis fidem, æs alienum nationi iniectum diſſolvi curent: *Vous ſentés tous les poids inſuportable des Dettes de la Nation dans les quelles le Public s' eſt trové engage par la neceſſité des tems, l' accablement d' une guerre longue & onereuſe & l' etat languiſſant du Credit public. Mais la face des affaires etant a preſent heureuſement changés, l' attente generale ſemble exiger de vous, que vous tourniés vos penſées a trouver les moyens de vous dégager vous mêmes en reduiſant par degrez les Dettes de la Nation.* Idem repetit benignisſime menſe Iunio 1717. *pour reduire les Dettes publiques avec un juſte egard pour le credit Parlementaire.* Quæ fides Parlamenti Anglicani promisſis ejus innititur, ut ipſe REX innuit oratione menſe Decembri 1717. ſuo nomine habita: *je ne doute*

*pas*

*pas que vous ne voyiés avec plaiſir, que vos ſoins pour diminuer les Dettes de la nation ont en même temps augmenté le credit public . . . Ce ſucces doit étre principalement attribué aux juſtes & ſages egards, que vous avés eu pour les engagements Parlementaires*, & in oratione menſe Decembri 1718. *je ne doute pas que dans toutes vos procedures vous n' ayés un iuſte egard a maintenir inviolablement le credit public; en ſorte que ceux qui ſe ſont fiés aux engagemens Parlementaires, puiſſent avoir l' eſprit tout a fait en repos.* Laudat deinde menſe Iunio 1720. *l' acquit d' une grande partie de ces Dettes ſans donner la meindre otteinte a la Foi publique.* Sed eodem anno rege abſente neſcio quæ ditescendi aviditas invaſerat animos nationis, quis papyracei commercii furor mentes occupaverat, quodam quaſi contagio ex Galliæ finibus in Angliam translatus: publicum itaque nationis ærarium fidei ipſius ſuperſtructum malitia directorum inſignem fecerat jacturam civibusque pecuniam concreditam repetentibus ſolvere detrectabat. Rex ergo miſeria nationis publica non leviter tactus, ex itinere redux ſtatim fidei publicæ populi ſui habebat rationem, quod apparet ex oratione eo præſente ejusque iuſſu in conſeſſu ordinum magnæ Britanniæ menſe Decembri 1720. habita: *Ie ne ſçaurois vous exprimer*, habet illa, *a quel point je ſuis touché du malheureux tour, qu' out pris les Affaires domeſtiques, par rapport au Credit public. Ie vous recommande tres inſtament, de deliberer ſur les moyens les plus efficaces & les plus promts pour retablir le Credit de la Nation & pour le poſer ſur un fondement ſolide.* Omni itaque cogitatione curaque incumbebant patres conſcripti magnæ Britanniæ, ut regis Indulgentisſimi miſeratione voceque querula totius populi commoti, confuſisſimo rerum ſtatui medelam adferrent fidemque penitus fere peſſumdatam fortiter reſtituerent: cujus ſtudii indefeſſi felices ſucceſſus ipſe rex prædicat adloquutione menſe Septembri 1721. facta, *Je remarque preſentement avec beaucoup de ſatisfaction, que le Credit public commence a revivre: ce qui me donne de grandes eſperances de*

*ſon entier retabliſſement, quand toutes les meſures, que vous avés priſes par cette fin, auront éte deuement executées.* Quæ teſtimonia omnia de fatis fidei publicæ Britannicæ nationis deſumſi ex *Mercure hiſtorique*, qui ea ad annos menſesque citatos copioſius recenſuit. Tot tamen inter viciſſitudines REGIS ipſius auctoritas & fides publica ſemper manſit eadem, inconcuſſa, his in tenebris luce ſua refulgens divinoque robore firmata.

§. IV.

Dubium autem ex diverſa rerumpublicarum forma ſubnatum eſt, num omnes fide mercatoria gaudere queant. De rebuspublicis non monarchicis, quales ſunt Belgium federatum, Hamburgum, Noriberga, Venetorum ſtatus &c., in aprico eſt, quod cum inſigni commerciorum emolumento fide mercatoria utantur eamdemque tueantur quovis modo: Vbi enim commerciorum felicitate tota reſpublica innixa eſt, ii quoque ad gubernacula ſedent, qui magnam opum vim partemque bonorum mercatoribus tradiderunt vel ipſi mercaturam faciunt; ibi non facile ex publicæ fidei iactura reipublicæ commoda quæruntur nec, ubi plures rerum habenas dirigunt, ad extrema eiusmodi adminicula diſcedi ſolet. At vero de monarchicis Imperiis plurimi aliter ſentiunt, iis in primis, quæ ex arbitrio principis ſine ulla limitatione pendent & eius nutu gubernantur. Publicis non ita pridem litteris Pariſiis 1720. menſe Martio publicatis methodus chartacea, qua mira metamorphoſi moneta aurum, argentum omne Gallorum in ſchedas convertebatur & facultates omnes, civium perpetuo motu ex charta transferebantur in papirum, Syſtema publicæ fidei, Syſtema de credit, nuncupata eſſe legitur: quarum auctor ſimul evincere ſtudet, nusquam adeo tutam eſſe fidem populi, quam in monarchia abſoluta, ea inprimis conditione, ſi cives quidquid habent numero, ſummo imperanti inſtar depoſiti cuſtodiendum tradant & argenti loco ab eius manu candidiſſi-

didiſſimas ſchedarum divitias recipiant. Germanicæ reperiuntur in libro: Gegenwärtiger Zuſtand derer *Finantz*ien von Franckreich *pag.* 215. *ſqq.* & in epiſtola 2. auctor ait: Man muß geſtehen dergleichen *Credit* kan niemand als ein *ſouverain*er Herr haben/ denn weil ihm ſein Staat auf dieſe oder eine andere Weiſe *tributáir* iſt/ ſo kan er ſich bey ſeinen Unterthanen durch die *acceptation* des Papiers in *Credit* ſetzen und durch dieſe *acceptation*, wenn ſie bey ſeinen Unterthanen geſchiehet auch den *Credit* bey denen Ausländern erwecken. Quod quidem auctori juſſu aulæ Gallicæ ſcribenti facile largiendum eſt, ejusmodi fidem publicam, qualem ille ſtabilitam vult, non proficiſci poſſe, niſi a violentis eorum principum conſiliis, quorum ſtat pro ratione voluntas & qui hoc imperii ſervilis axiomate inſiſtunt: *memento mihi omnia licere in omnes:* ſed quod iſte argenti numorumque omnium gurges & vorago fidem vel principis vel civium, ſive in republica inter ſe ſive apud exteros adaugere queat & promovere, hoc eſt, quod coloratis ſuis demonſtrationibus nulli umquam perſuadebit nec fortior refutatio opponi poteſt, quam lugubris *Parlamenti* Pariſienſis lamentatio, qua miſeriam nationis ex hoc fidei Syſtemate tantopere commendato ſubnatam regi ſuo repræſentant, quæ exhibetur in *Mercure hiſtor. Tom.* 68. *p.* 546. *ſqq.* Sunt, qui Principibus fidem abſolutam penitus abjudicant: dicunt enim cum auctore vom Zuſtand derer *Finantz*ien in Franckreich *pag.* 81. Dieſes iſt eben die Uhrſach/ warum unter einer *Monarchi*ſchen Verfaſſung des Staats/ man noch niemahls ein rechtes Hertz zu einer *Banco* hat faſſen wollen. Man ſtehet immer in Furchten/ die höchſte Gewald welche in dem Staate anzutreffen/ könne nach Beſchaffenheit derer Umſtände dieſen Schatz gantz an ſich ziehen und denenjenigen/ welche darein ihr Vermögen geleget haben nichts als die Ehre/ daß ſie ſich *Creditores* des Staats nennen möchten/ übrig laſſen

ſen. Die Aufrichtigkeit/ Güte oder Treue womit ein und anderer Landes-Fürſt ſeine Unterthanen regieret/ ſind gar nicht vermögent/ denenſelben andere Meinungen beyzubringen/ wenn ſie bedencken/ daß Fürſten ſterbliche Menſchen ſind und daß auf einen lobenswürdigen und gnädigen Landes-Herren öffters ein harter/ unempfindlicher/ geitziger oder verſchwenderiſcher Printz an die Regierung kommen könne/ welcher ſich nicht viel Gewiſſen machen würde/ dieſen Schatz des Staats/ ſo von rechtswegen *inviolabel* ſeyn ſolte anzugreiffen/ nachdem man zumal mit dem *Principio ſalutem publicam eſſe ſupremam legem* zu ſpielen angefangen hat. Addunt alii, ſæpe non eſſe in Principis poteſtate, læſionem publicæ fidei impedire, quum in tot tantosque motus turbulentos, in tantas anguſtias recidere poſſit, ut ſumma neceſſitate adactus fidem datam præſtare nequeat. Quamvis etiam Principum voluntas ad fidem tuendam propenſiſſima ſit, putant tamen aviditatem miniſtrorum efficere poſſe, ut leve putent, bona civium ſibi concredita numquam reſtituere. Quæ argumenta forte auctori LIMIERS *hiſt. de Suede Tom. II. pag.* 10. anſam dederunt, ærario nationis Suecicæ publica auctoritate & fide munito & quaſi menſa ejus argentaria ita iudicare: *Cette Banque eſt tres bien reglée & a été en très grand credit, tant qu' elle a eu pour Garands les Etats du Royaume. Mais les choſes ont changé de face, de puis qu' on appelle ces Etats les Etats du Roi: ice qui fait, que comme la Banque n' eſt fondée de puis ce temp la, que ſur le bon plaiſir de ſa Majeſté, auſſi ſon credit a-t il diminué conſiderablement par la diminution de la confiance publique.* Huic tamen judicio locus ulterius non eſt, ubi facies rerum in Suecia mortuo CAROLO XII. ad priſtinam formam rediit, nec diffitetur famoſiſſimus LAW *conſiderations ſur le commerce & ſur l' argent* de eodem Sueciæ ærario pag. 57. *celle de Suede eſt tres aſſurée.* Neque, ſi ipſam ſententiam diiudicare velimus de fide Princi-

pum

pum, amplexandá ea eſſe videtur penitus: injuria potius eſt in virtutem Regum atque Principum, quorum promiſſa jurisjurandi inſtar ſunt. Poſſunt omnino ii, qui ad gubernacula ſedent fide carere, nec exempla deſunt, quibus id firmari poteſt: ſed dantur etiam exempla plurima, quorum fides inconcuſſa ſemper fuit in ſolvendis debitis & urgente etiam neceſſitate immutabilis. Quo ſanctiora etiam eorum promiſſa ſunt, bey Königl. Fürſtl. Parole, Treuen / Ehren und Würden / quo major iis poteſtas & facultas eſt, modis longe pluribus ſubveniendi promiſſorum difficultatibus, quo conſtantiorem poſſunt adhibere voluntatem, tantis reipublicæ viribus munitam, ea quæ ſemel ſtatuerunt, ſtrenue proſequendi: eo firmior ab iis fides proficiſci & exſpectari poteſt. Recte itaque BECCHER *l. c. pag.* 704. Ob zwar die Kauffleute vermeinen / es laſſe ſich nicht wol thun / daß groſſe Herren Kauffmanns-*Credit* erhalten können / oder vielmehr zu ſagen / ein groſſer Herr könte nicht ſo viel Treu und Glauben halten / als ein Kauffmann / ſo iſt es doch weit gefehlt: Und wann ja etwas mangelt / ſo fehlet es allein an guter Ordnung und daß etwan groſſe Herren nicht bedencken / wie viel daran gelegen ſey / daß man *Credit* habe und wie ſchädlich es ſey / ja eine lange *Conſequentz* es mache / wenn man denſelben nicht halte oder verliere.

## §. V.

Nulla tamen reipublicæ forma eſt, cui non inſignem præſtet utilitatem. Fides enim publica non tantum intra rempublicam, ſed etiam apud exteros ſummis imperantibus quovis tempore neceſſaria ſuppeditat bona, quibus rebus ſuis proſpicere & neceſſitatibus reipublicæ ſubvenire queant. Non opus eſt, ut bona conquirant, quæ hypothecæ pignorisque loco aliis conſtituant, ſola hic ſufficiunt promiſſa imperantis & reipublicæ. Quam ob rem AVGVSTO Electori



hanc

hanc maxime commendat OSSE in conſilio, quod ſub titulo von OSSE Teſtament THOMASIVS edidit §. 72. Wenn man deß inne wird/ daß ein Herr oder Obrigkeit guten Glauben hält/ ſo iſt ſie unverdorben; es kan ihr auch in unverſehnlichen Nohtfällen durch vieler Leute Gutwilligkeit geholffen werden: aber im Gegenſpiel/ wo guter Glaube und alſo jetzt berührte Forderung mangelten/ kan bald unverſehentlich Ungefäll kommen/ das einen Herren drückt und ihm Nachtheil bringt/ denn jedermann zeucht die Hand ab und hütet ſich vor Unglauben. Darum iſt nicht leicht eine Schwerheit ſo groß/ die aus Haltung gutes Glaubens kommt/ als der Nachtheil/ ſo aus nicht Haltung erfolget/ denn wo man das Geſchrey gutes Glaubens verliert/ da ſtecket es alles. Confer panegyricum publicæ fidei in epiſtola auctoris Pariſienſis in Zuſtand derer Frantzöſiſchen *Finantzien pag.* 216. *ſqq.* quæ enim in ea adlata ſunt, ſi generatim ſpectentur, recte omnino ſe habent, ſed ad hypotheſin ſyſtematis fidei Lawiani minus vere & appoſite accommodantur. Diteſcunt etiam reſpublicæ hujus fidei ope & adquirunt ſibi bona, quorum promi condi aliæ adhuc fuerant nationes. Belgium federatum id luculenter probat, quod auctor des *Intereſſe* von Holland *cap.* 6. *p.* 18. teſtatur: Zum Vierdten iſt für die Holländiſch-*Negotiation* und Kauffmannſchafft ein ſehr groſſer Vortheil/ daß die Gelder allda gegen Vierthehalb/ ja gar wol gegen drey von 100. des Jahres/ ohne einig Pfand auch denen Kauffleuten gegeben werden und indem in andern Ländern von ſolchen Geldern dafür dennoch liegende Gühter verbunden und verpfändet ſeyn/ ein merckliches mehr gegeben wird/ ſo entſtehet hieraus/ daß weil die Holländer überall mit baaren Gelde einkauffen und auf Borg verkauffen/ welches von keiner andern *Nation* nachgethan werden kan/ ſolches eine der meiſten Uhrſachen iſt/ durch welche die Hol-

Holländer mehrentheils alle Kauffmannſchafften andern entzogen haben. FOVQVETVS regi LVDOVICO XIV. ſola fide ſua immenſas pecuniæ ſummas coëgit artesque habuit mirificas, fidem ſibi parandi ſine divitiarum adiumento. *Defenſe de* FOVQVET *T.* 3. *p.* 128. Quod ſi etiam ipſe respublicæ promiſſis ſuis tantam fidem comparare non potuerint, uſæ tamen ſunt fide mercatoria privatorum & in laudis inſignis argumentum de mercatoribus trahi debet, quod eorum fides potior ſæpe fuerit, in adiuvandis rebuspublicis, quam totius nationis pacta, pignoribus licet verbisque juratis firmata. ALTRINGERVS in epiſtola ad Cæſarem FERDINANDVM II. data & ſub titulo willtu den Kayſer ſehen/ ſo ſiehe hinten in dieſen Brieff 1629. edita fol. 4. ingenue more ſuo fatetur: Uberdieß weiß Ew. Käyſerl. Majeſtät daß Ihro Königl. Maj. (von Spanien) ſolch ihr zwanghafftes *Gouverno* durch der Kauffleute *Credit* aller Orten *fomentiren* ſpeiſen und ernehren muß. Multis etiam exemplis id roborant *Defenſes de* FOVQVET *T.* 2. *pag.* 326. *T.* 3. *p.* 27. 210. 253. WERLHOFF *de commerciis maritimis pag.* 33. 83. LATHERVS *de cenſu L.* 3. *c.* 12. *pag.* 606. Suo jam tempore COMINEVS, iudicioſiſſimus vir, recenſitis variis hanc in rem exemplis, ita concludit *VII. Livre des memoir. c.* 5. *pag.* 626. *Ie ne love point les marchans d' ainſi le faire: mais je love bien a un Prince de tenir bons termes aux marchans & leur tenir verité: car ils ne ſçavent, a quelle heure ils en pourront avoir beſoin: car quelque fois peu d' argent fait grand ſervice.* Quum præterea commerciorum felicitate ſtatus œconomicus reipublicæ maximam partem nitatur, commercia autem ſine fide mutila & manca ſint nec ut nunc ſe res habet, conſtare ſibi poſſint, opus eſt vel maxime, ut curam publicæ fidei ſtrenue ſuſcipiant principes, ſuis rebus apprime conſulturi. Si quis commoda quæcumque fidei publicæ noſcere cupiat, evolvat ſacræ Cæſareæ Majeſtatis CAROLI VI. Privilegia ærario mercatorio Vindobonenſi

conceſſa, quæ habentur in MARPERGERO von Banquen *pag.* 251.

§. VI.

Poſſent hæc fuſius deduci & ſimul exempla adferri eorum populorum, qui fide pecuniaria penitus fuerunt deſtituti, ut & explicari cauſſæ, cur reſpublicæ nonnumquam maximas difficultates in ſumenda mutua pecunia experiantur & fide omni exciderint. Sed quum ad finem properemus pauca adiicere par erit circa adminicula fidei populo cuidam comparandæ & ſuſtinendæ. Nititur hæc fides mercatoria, ut ex ſuperioribus conſtat duplici fulcimento: opinione nimirum de altero concepta, quod concreditam pecuniam tempore opportuno & ſolvere posſit & ſolvere velit. Hæc duo arctisſime debent eſſe coniuncta in conſtitutione fidei: Quid enim iuvat, aliquem eſſe promiſſorum ſuorum tenacisſimum ſummamque eorum complere acerrime, ſi in poteſtate non habeat, quod ſolvat, ſi fatorum iniquitate oppreſſus vel a potentiore impeditus vel aliorum fraudulentia deceptus promisſis ſtare nequeat? Quid contra proderit creditori, ſi populus debitor abundet divitiis, omnibus rebus ornatus ſit & copioſus, ſed perfidia plusquam Punica utatur, in aere alieno vacillet variisque artibus id efficere conetur, ut debita in fumum abeant? Ditisſimi ſane dantur populi, reges atque principes, quibus tamen Belgarum nemo ob fidem ſuſpectam argenti unciam concrederet. Vtrumque igitur de populo bonæ in aere alieno fidei conſtare debet, quod & ſolvere posſit & ſolvere velit. Eum in finem reſpublicæ de certo & fixo ærario publico, totius nationis, principis, civitatis auctoritate & fide munito cogitare cœperunt. Ipſe quidem LAW eam mentem idque conſilium variis ſcriptis teſtatus eſt, ut ſecundum Syſtema ſuum fidei Rex ſolus teneat ærarium reipublicæ, in quo maioris excitandæ fidei cauſſa argentum omne

omne civium conferendum ſit, quibus redditæ pro eo ſchedæ argentariæ *Banco-Billets* eadem præſtent effecta, ac ſi argentum pecuniamue ærario publico ſecurisſime concreditam in manibus haberens. vid. Zuſtand der Frantzöſiſchen *Finan*tzien *pag.* 226. 228. *Ce papier monnoyé*, inquit, *ſera egal en valeur a l'argent: ſon prix eſt aſſuré, car on a pour gages ſa valeur en bien fonds. Conſiderat. ſur l'argent de Mr.* LAW *pag.* 141. At vero quis cautiones pecuniarum faciet? quando Regi placet, magna pecuniæ vi bella temeraria incoare & infeliciter proſequi, ſumtus magnificos innumeris ædificiis, ſpectaculis, voluptatibus impendere vel necesſitatibus obortis ſubvenire? Quando ſemel ærarii divitiæ disſipatæ ſunt, unde nova haurietur pecunia, ad illud denuo replendum, quum ubivis papyracei numi dominentur? Putasne omnia civium inter ſe negotia chartacea pecunia confici poſſe? & ad commercia cum exteris quis credet chartam & papyrum ſufficere, ſchedasque ab aliis nationibus numorum loco acceptum iri, ubi intelligunt pecuniam omnem mercatorum principis arbitrio ſubiacere? verisſima ſunt profecto, quæ auctor von Zuſtand der Frantzöſiſchen *Finan*tzien *pag.* 227. ſubiecit: Nur dürffte es hiemit etwas ſchwer hergehen / weil man ſich an auswärtigen Orten an die Frantzöſchen *Edicts*, *Arréts* u. d. nicht viel kehren würde / ja wenn man es auch / zu einigen *Credit*e durch die Nohtwendigkeit bey Ausländern bringen könte / ſo würden doch dieſelben ſo viel als es nur möglich wäre / ſich des Frantzöſiſchen *Negotii* enthalten. Longe ſecurius nationes aliæ rebus ſuis proſpexerunt in conſtitutione eiusmodi ærariorum, quæ *Banqu*en appellantur: in quibus deponi poſſunt divitiæ civium ſed cum certa fiducia liberæ diſpoſitionis & facilitatis recuperandi pro lubitu & citra ullam moram. Inter cauſſas, cur CAROLVS VI. Imperator eiusmodi menſam argentariam publicam anno 1714. erigeret, ea quoque recenſetur in ordinatione illuc perti-

nente, den durch allerhand wiedrige Zufälle zum Theil geſchwächten *Credit* um ſo viel ehender wiederum herzuſtellen/ das Vertrauen und Fortgang des allgemeinen Handels und Wandels zu befördern. Nec diffitentur ſtatus imperii Suecici inſignem utilitatem ex iſto ærario Holmienſi perceptam, quam ob rem eam concluſo Imperii 1660. art. VII. confirmarunt. Vid. *Diarium Europæum contin. IV. p.* 328. Eædem rationes movent PETRVM, Ruſſorum Dominum, ut ipſe nunc talismodi menſam argentariam totius Imperii meditetur. Plura de laudibus iſtorum ærariorum hac in parte protulit MARPERGER von *Banquen cap.* 20. *p.* 371. Leib von Verbeſſerung Land und Leute *III.* Probe *cap. I.* Inprimis fides interponenda ordinum Imperii vel Provincialium: non quod de fide Principum male ſemper ſperare liceat, ſed ut fides iis ſuperſtruatur, qui numquam mori poſſunt & ſi forte ſuprema poteſtas nonnullis incredulis ſuſpecta ſit, ut eorum quoque diffidentiæ occurratur. Non male itaque auctor der Fürſtl. Macht-Kunſt/ qui tamen ſua omnia ex *Baronis de* SCHRÖDERN Fürſtl. Schatz- und Rent-Kammer deſumſit *cap.* 8. §. 7. *pag.* 189. ait: Hier müſſen nun die das beſte bey der Sache thun/ die nicht ausſterben/ nehmlich die treue Landes-Stände oder die Land-Schafft und zwar die am beſten begütert ſeyn. Ja/ ſprichſtu/ hat der Fürſt keinen *Credit*, ſo werden die Stände noch weniger *Credit* haben. Was macht es? Wenn ein Fürſt ihnen ihre *Privilegia* und Freyheit nimmt und ſie auf den Land-Tägen nur Jaherren *nolentes volentes* ſeyn müſſen und nicht gern das Tranck-Geld mit dem theilen wolte/ der Nein ſagte zu denen *poſtulatis*, darüber gehet auch der Land-Schafft *Credit* verlohren. Will nun ein Fürſt zu ſeiner *Intention* kommen und ein *Credit*-Weſen *ſtabiliren*/ ſo muß er ſeinen Land-Ständen erſt nicht allein ihre Freyheiten wieder *reſtituiren*/ ſondern noch mit mehrern Frey-

heiten

heiten begnadigen / damit ſie *Credit* wieder kriegen und Macht zu ſprechen haben. Licet etiam menſa argentaria non placeat, vices eius ſuſtinere poteſt ærarium ordinum Provincialium, Landſchafftliche Caſſa oder Schatz: quod ſi bene ſit diſpoſitum, fidem publicam facile tuebitur ipſique imperanti data neceſſitate ſubvenire poteſt. Id quod ordines Saxoniæ anno 1707. litteris ad regem datis innuerunt: Allermaſſen nun eben hierauff der *Credit* der Steuer beruhet / daß vor dasjenige / was mit der Steuer gehandelt wird / die gantze Land-Schafft hafftet und bloß daher / weil die Steuer auf denen von Zeit zu Zeit ergehenden Landes-Bewilligungen beſtehet / geſtalt ohne Bewilligung das Land ſich nicht *obligir*et / durch die Bewilligungen aber Ew. Königl. Majeſtät und Churfürſtl. Durchl. höchſter *Credit* mehr geſtärcket / als demſelben zu nahe getreten wird. Vid. Sächſiſche Staats-Cantzeley *pag.* 267. Quæ verba ultima ad quorumlibet Principum commoda pertinere palam eſt iisque potiſſimum dicta ſunto, qui nefandis conſiliis auctores ſunt ſummis imperantibus, ut jura ordinum provincialium infringant, bona familiarum nobilium peſſumdent, & ruinis earum potentiæ ſuæ munimenta ſuperſtruant. Vidit Suecia, quid proſint Principi ejusmodi conſilia; quum enim iis paruiſſet CAROLVS XI. & reductione bonorum regiorum ſuaſore quodam miniſtro tot familias illuſtres ad incitas fere redegiſſet, tantum abeſt, ut fides publica incrementum ceperit; ut potius ubivis contabuerit omniaque ad exitium pergere viſa ſint. Ita enim auctor des Bedenckens von der Schwediſchen *Reduction* apud Lünig in Staats-*Conſiliis T. II. pag.* 1013. die reichſten und wolhabenſten Familien gehen darüber zu Grunde und welche in Zeit der Noht mit Geld und *Credit* helffen können / an deren Stelle bleiben arme Stümpers nach . . . Was den jetzigen *Credit* des Königreichs Schweden betrifft / nun

die

die Güter von *Particulieren* eingezogen und vom Könige ſelber *adminiſtriret* werden/ kan man auf denen Börſen zu Amſterdam und Hamburg erfahren. *& pag.* 1015. Es fehlt bey dieſer Regierung überall: die *Magazins* ſind ledig: die *Fortificationen* übel verſehen: die *Admiralität* von Schiffen entblöſſet: die Zeughäuſer von *Munition:* die Cammer von Geld und *Credit.* Confer *hiſtoire anecdote de Suede* paſſim.

## §. VII.

Quando nunc reſpublica promum condum pecuniarum in promtu habet, cujus ſecuritati ſufficienter proſpectum eſt, unicuique patebit, rempublicam ſolvere poſſe concreditas pecuniæ ſummas adeoque primum publicæ fidei fulcrum poſuiſſe intelligitur. Vt etiam alterum ſibi adquirat ejus fundamentum, quod nempe promte candideque ſolvere velit, opus eſt, ut ſerie continua ſuis ſtet promiſſis fidemque accurate liberet. FVQVETVS ſub initium adminiſtrationis ærarii, cui præficiebatur ad adquirendam fidem, id etiam atque etiam commendabat: *qu' il faloit ne manquer jamais de parole pour quelque interet, que ce fut, mais ramener les perſonnes a la raiſon par douceur & de leur conſentement: ne menacer jamais de banqueroute & ne parler de celle de* 1648. *qu' avec horreur pour la deteſter, comme la cauſe des deſordres de l' Etat: afin qu' il ne püt tomber en la penſée, qu' on fut capable d' en faire une ſeconde; ne toucher jamais aux rentes ni aux gages & n' en pas laiſſer prendre le ſoubcon afin que la tranquillité & l' affection, qui eſt une autre ſource de credit, ne fut jamais alterée. Defenſe de* FOVQVET *Tom.* 2. *pag.* 66. Quando enim debita juſto tempore ſolvuntur, firmatur in creditorum animis fides & excitatur cupiditas eidem nova commodandi bona. Imperatori LEOPOLDO fidem mercatoriam lucraturus BECCHERVS ſtatam uſurarum ſolutionem majorem in modum ſuadebat & mercator quidam proxeneta hoc in negotio aliquo-

aliquoties teſtabatur, ſi promte ſolveret imperator, longe maiores pecuniæ ſummas ſola verborum interpoſitione ei concreditum iri: Wie denn er Herr Staats/ laut ſeiner beyliegenden Schreiben auch mündlich mich verſichert/ daß ſo Ihro Käyſerliche Mejeſtät nur ein paar Jahr mit richtiger Zahlung derer *Intereſſen* zuhalten werden/ er ihnen wiederum mit ein paar *Millionen* an die Hand gehen/ und deroſelben ſolchen *Credit* verſchaffen wolle/ derglei-chen kein Potentat in der Chriſtenheit haben ſolle. *Credit* aber haben iſt eines von den *conſiderableſten* Dingen. Non tamen ſoli Imperatori ſummam, quam BECCHERVS petebat, credere volebant Belgæ, ſed civitas quædam Imperialis, quam HAMBVRGVM fuiſſe conjicio, pro Cæſare fide jubere debebat. BECCHER Politiſche Diſcurſſe *pag.* 716. 720. Idem oſtendit auctor libri Oeſterreich über alles wenn er nur will *pag.* 157. Conciliaturus enim Auſtriacis opificibus ſericum Italiæ, ſolius fidei interpoſitione, monet: Verſicherung will da ſeyn/ welche dann zu treffen nicht ſo gar ſchwer düncken will/ inſonderheit mit denen Mäyländern. Dann beyderſeitige Land-Stände/ die unſrige und ihrige/ als einen eintzigen Ertz-Hauß unterworffen/ könten jede für ihre *Nationalen guarantie reſpective* geben und nehmen . . . Wobey aber auf nette Haltung der *Parole* zu gedencken: denn der Handel und alles was daran hangt mit dem *Credit* ſtehet und fället. Quod ſi etiam difficillima incidant tempora, omnis movendus lapis eſt, ut quovis modo ſatisfiat creditoribus vel eorum ſecuritati proſpiciatur, ne fides cum inſigni reipublicæ detrimento penitus intereat: ſi id per fatorum injurias publicasque calamitates non primo tempore liceat, danda tamen opera eſt, ut tempeſtate ſedata priſtina reviviſcat fides & ſecuritas. Habet ſuas laudes HOLSATIA, quod tota publicæ fidei œconomia (*Credit*-Weſen) adeo firmo nitatur talo, ut quamdiu turbulenta fu-

erunt tempora non collapſa ſit, & ſi per tantos impetus debilitari quodammodo cœperit, vires tamen illico reſumſerit ſuas. De menſa argentaria Sancti-Georgiana apud Genuenſes ex PERI *Negotiante* adfert MARPERGER von *Banquen* *pag.* 353. Die *Genueſiſche Banco* von *Sanct. Georgio* iſt die ſicherſte und berühmteſte Schatz-Kammer von der Welt/ ſonderlich iſt zu bewundern ihre Richtigkeit/ mit welcher ſie jederzeit denenjenigen/ die mit ihr zu thun gehabt/ begegnet hat/ ſo daß auch weder der Krieg/ noch andere Unglücks-Fälle/ die dieſe *Banco* unterſchiedliche mahl betroffen/ ſolche ihre unvergleichliche *exactitude*, Richtigkeit oder gute Ordnung hat unterbrechen können. Præterea voluntatem ſervandæ fidei declarat promta iuſtitia, quæ nemine excepto quemvis in republica ad ſolvenda debita adſtringit, & cujuscumque fuerit dignitatis & conditionis promtiſſime vi civili adigit. Si enim longa litigatione opus ſit, ad recuperanda, quæ nobis debentur, fidei publicæ detrahitur: carere enim quis debet per longinquum litis pendentis tempus opibus ſuis neque easdem in uſus ſuos poteſt convertere, neque facilitatem recuperandi eas in eiusmodi rebuspublicis exſpectare: promtum vero ius bis dat, quod cito dat, & animum fidei id eſt promtam pecuniæ recuperationem refocillat. Muß alſo dieſes das ſtrenge Wechſel-Recht *Lex mercatoria* ſeyn/ welches keine *diſpenſation*, keine *limitation*, keinen *Cæpollam*, keinen *Machiavellum*, keine *Appellation* noch geringſte Ausflucht leydet: oder da dawieder im geringſten gehandelt würde/ ſo litte das gantze *Credit*-Weſen/ worauf die Wolfahrt des Fürſten und des Landes beruhet/ ſchon einen Stoß &c. Fürſtl. Macht-Kunſt *cap.* 8. §. 15. *pag.* 195. Vide DÖHLERS Unterſuchung des heut zu Tage überhandnehmenden Geld- und Nahrungs-Mangels *n.* 8. *pag.* 27. *ſqq.* *Intereſſe* von Holland *cap.* 27. *pag.* 118. Ipſe REX potentiſſimus Boruſſiæ



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-172506-p0104-1

in der allgemeinen Ordnung die Verbeſſerung des *Juſtitz*-Weſens betreffend *articulo XVII.* ejus adgnovit neceſſitatem: Wenn jemand bey uns um ein *Indultum moratorium* Anſuchung thut / ſo bleibet in Wechſel-Schulden es billig bey unſrem Wechſel-*Edict*, ohne welchem das *Credit*-Weſen unmöglich beſtehen kann: & ſapientiſſime paullo poſt ordinavit: oder zu gewärtigen / daß auf Anruffen der Innhaber der Wechſel-Brieffe diejenige Gerichts-Perſohnen / die in Wechſel-Sachen ohne Neben-Abſichten ihr Amt nicht beobachten / ſelbigen allen dadurch veruhrſachten Schaden aus ihren eignen Mitteln ohne Weitläufftigkeit erſtatten müſſen. Quæ ſi una vel altera vice promtiſſime exſequutioni mandentur, non poſſunt non publicæ fidei incrementa promovere & juſtitiæ moras e medio tollere. Aliæ reſpublicæ eas tanto conatu ſublatas eſſe voluerunt, ut, diffidentia quaſi in ordinarios magiſtratus injecta, debitorem creditorum arbitrio & ſeveritati reliquerint, quod in Anglia nunc etiam obſervari conſtat: dolet tantum MIEGE im Staat von Groß-Britannien *Parte I. cap.* 24. *pag.* 806. & doloſos & innocentes debitores eidem creditorum tyrannidi ſic exponi. Notatu quoque dignus mos eſt populorum Indorum, qui ære alieno demerſos creditoribus in ſervitutem adjudicat, vel ab iis alia ratione coercendos ſtatuit: Es fällt mir hiebey die *ſtricte Execution* der *Juſtitz in commercien* ein / welche in *Patagan*, der Haupt-Stadt in *Bengala* in Indien und auf derſelbigen gantzen Küſten von Malabar gebräuchlich: Nemlich wenn der *Debitor* den Tag der Zahlung nicht hält / und die Zahlung von einem Tag auf den andern verſchiebt / ſo gehet der *Creditor* zum oberſten Richter und empfänget von ihm eine Spieß-Ruthe / mit welcher er zum *Debitore* gehet und einen Circul damit um ihn her machet und ihm in Nahmen des Königes und des oberſten Richters befiehlet /

nicht eher aus dem Kräyß zu gehen biß er bezahlet: ſo muß der *Debitor* im Kräyß ſterben oder bezahlen oder da er heraus gehet/ läſſet ihm der König das Leben nehmen. Fide *Baronis de* SCHRÖDERN hæc recenſeo ex Fürſtl. Schatz = und Rent = Kammer *pag.* 226. *ſq.* Conferantur Prooemia ordinationum Cambialium item *Theodori* Ludewig LAW Aufrichtiger Vorſchlag von Einrichtung derer *Intraden*
*pag.* 274. *ſq.*

## TANTVM.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-172506-p0106-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-172506-p0107-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-172506-p0108-3

Lb 1226

ULB Halle 3
005 359 775

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-172506-p0109-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-172506-p0110-4

GOTTLIEB SAMVEL TREVERI
POLIT. ET MORAL. PROF. PVBL. ORD.
IN ACADEMIA IVLIA

# DISQVISITIO DE AVCTORITATE ET FIDE GENTIVM ET RERVMPVBLICARVM

## Vom Credit der Völker und Staaten.

DVLCES PER SPINAS ARDVA TENTO 17 50

(13)

HELMSTADII
EX OFFICINA SCHNORRIANA.
MDCCL.

Lb 1226
KOENFRIED UNIVERS ZU HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-172506-p0111-0